

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

1. H. 13/132

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

# Opera aurelii cleme̅tis prude̅tii

Opera aurelij clementis prudenti

[illegible]

BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS

H. 13432

XV. Qu. 1143 11-5

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

¶ Rhodolphi Langij Ca. Monaſterieñſis In Prudentij Aurelij Clementis verſus hymnos et Lyram

Verſus

Pierios ductor lyricę nūc cęde cohortis
Et cantus differ pindare laude deum.
Tuqꝫ lyrę ſileas noſti qui tendere chordas.
Spectantū lachrymę largius ore fluant.
Molles ſiſte ꝓcul cantas que leſbia amores
Quam rupe excelſa leucadis vnda tulit
Langueat ⁊ noſtri .lacci venuſina lucerna
Qua primus latios tollit in aſtra duces.
Hic ſanctam venerare lyram nō falſa deorum
Numina laudātem: quam pie lector habes.
Sed canit vt patris corde omnipotētis ad ima
Venit vt erigeret iam ruitura deus.
Vt noſtra veſtit⁹ erat iam carne caduca
Dorſa dedit flagris: cętera membra cruci.
Vicit vt .nuictus mortis loca triſtia ſęuę
Ad ſuperos vinctos et ſua regna ferens.
Purpureas late rutilanti ſanguine turmas
Perſonat: ac quātus militis ardor erat.
Virginis et magnę matris veſtigia quęqꝫ
Prima terit: ſponſam dulcius inde ſonat.
Quę iuuenis ꝓteſa viri: ſitit oſcula ſponſi
Ore nouū cuius lac quoqꝫ melle bibit.
Armat et in vicium claro certamine turmas
Cōpugnās animus vincat vt ipſe ſibi.
Symm..chus infernis aram referebat ab oris
Contudit hanc: vani numinis ara iacet.

Non venus inceſta hic: mars ſcuꝰ: ~~turpia~~ i-rapta iouis ꝗ
Stupra patēt: veterꝝ turbaqꝫ fęda deum.
Sed pia: ſed caſta: ſed fortia ſanctaqꝫ lector
Omnia ſecuro ſanctius ore leges.

## Ex libro illuſtrium virorum beati Gēnadij Maſſilięſis preſbyteri.

Prudentius vir ſęcularis litteraturę eruditus: cōpoſuit Chirocleum. de toto veteri ⁊ nouo teſtamento perſonis excerptis Cōmentatꝰ eſt. ⁊ in morem gręcoꝝ Hexameron de mūdi fabrica vſqꝫ ad cōditionem primi hominis: et pręuaricationem eius Cōpoſuit ⁊ libellos quos gręca appellatione ꝑtitulauit Apotheoſis. Pſichomachia Amartigenia. id eſt de diuinitate. De compugnantia animę Et de origine peccatoꝝ. Fecit ⁊ in laudē martyꝝ ſub aliquoꝝ nominibꝰ inuitatorium ad martyrium librum vnum: et hymnoꝝ alterum Speciali tamen conditione aduerſus Symmachum idolatriam defendentem: ex quorum lectione agnoſcitur palatinus miles fuiſſe.

¶ Aurelij prudentij Clementis In vtrūqȝ teſtamē-
tum Tetraſticha que a nōnullis chirocleum ſiue hi-
ſtoriarum tituli inſcribūtur.

¶ Adam et Eua.

Ua columba fuit tunc candida. nigra deinde
Facta ꝑ anguinū maleſuada fraude venenum
Tinxit et innocuū maculis ſordentibus adam
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

¶ Abel et Cayn

Fratrum ſacra deus nutu diſtante duorum
Aeſtimat: accipiēs viua. ⁊ terrena refutans
Ruſticus inuidia paſtorem ſternit. In abel
Forma animę exprimitur. caro noſtra in munere cayn.

¶ Arca Noe

Nuncia diluuij iam decreſcentis. ad arcam
Ore columba refert ramū viridantis oliuę:
Coruus enim ingluuie per fęda cadauera captus
Hęſerat: illa datę reuehit noua gaudia pacis

¶ Ilex Mambre.

Hoſpiciū hoc dñi eſt ilex vbi florea mambre
Armentale ſenis protexit culmen: in illa
Riſit ſara caſa. ſobolis ſibi gaudia ſera
Ferri. et decrepitū ſic credere poſſe maritum

¶ Sepulcrum Sarę.

Abraam mercatus agrum quo conderet oſſa
Coniugis in terris. qm̄ peregrina moratur
Juſticia atqȝ fides. hoc illud milibus emptum
Speleum ſanctę requies vbi parta fauillę eſt.

¶ Somnium pharaonis

Bis ſeptem ſpicę. vaccę totidem pharaoni
Per ſomnum viſę. portendūt diſpare forma

Vberis atq; famis duo per ſeptēnia tempus
Inſtare: hoc ſoluit patriarcha interp̄te chriſto

¶ A fratrib⁹ agnitus Joſeph

Venditus inſidijs fratꝝ puer ipſe viciſſim
Craterē in fratris ſacco clam precipit abdi:
Atq; reos furti ioſeph tenet. actio fallax
Proditur. agnoſcūt fratrē veniaq; pudeſcunt

¶ Ignis in rubo

Sentib⁹ inuolitās deus igneus ore coruſco
Cōpellat iuuenem pecoris tūc forte magiſtꝝ
Ille capit iuſſus virgam: fit vipera virga
Soluit vincla pedum: ꝓperat pharaonis ad arcem.

¶ Iter per mare rubrum.

Tutus agit vir iuſtus iter vel ꝑ mare magnum
Ecce dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcūt
Cum peccatores rabidos eadem freta mergūt.
Obruitur pharao: patuit via libera moyſi

¶ Moyſes accepit legem.

Fumat montis apex diuinis ignibus. in quo
Scripta decem v̄bis ſaxoꝝ pagina moyſi
Traditur: ille ſuos ſuſcepta lege reuiſit.
Forma ſed his vituli ſolus deus ⁊ de⁹ aurum.

¶ Manna et coturnices.

Panibus angelicis albēt tentoria patrum:
Certa fides facti: tenet vrceus aureus exin
Seruatum manna: ingratis venit altera nubes
Atq; auidos carnis ſaturat cōgeſta coturnix

¶ Serpens eneus in heremo

Feruebat via ſicca heremi ſerpentib⁹ atris
Iāq; venenati ꝑ vulnera liuida morſus
Carpebāt populū: ſed prudēs ere politum

Dux cruce ſuſpendit (qui virus temperet) anguē

¶ Lacus amarus in heremo

Aſpera guſtatu pplo ſitiente lacuna
Triſtificos latices ſtagnāti felle tenebat:
Moyſes ſanctus ait. lignū date. gurgitem in iſtum
Conijcite: in dulcem vertent amara ſaporem.

¶ Helym locus.

Deuenere viri duce moyſe. ſex vbi fontes
Et ſex forte alij vitreo de fonte rigabāt
Septenas decies palmas. qui myſticus olim
Lucus apoſtolicū numeꝝ libris quoqꝫ pinxit.

¶ Duodecim lapides in Jordane

In fontem refluo iordanis gurgite fertur
Dum calcāda dei populis vada ſicca reliquit:
Teſtes biſſeni lapides. quos flumine in ipſo
Cōſtituere patres in formā diſcipuloꝝ

¶ Domus Raab.

Procubuit iericho. ſola et ſtāt atria raab:
Hoſpita ſanctoꝝ meretrix (tanta eſt fidei vis)
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.

¶ De Sampſon.

Inuictum ꝟtute comꝫ leo frangere ſampſon
Aggreditur: necat ille ferā. ſed ab ore leonis
Mella fluūt. maxilla aſini fontē vomit vltro:
Stulticia exundat lymphis. dulcedine ꝟtus.

¶ Item de Sampſon.

Ter centū vulpes ſampſon capit. ignibus armat
Pone faces caudis circūligat. in ſata mittit
Allophilū: ſegeteſqꝫ cremat. ſic callida vulpes
Nūc hereſis flammas vicioꝝ ſpargit in agros

¶ Dauid filius yeſſe

Dauid paruus erat fratꝝ vltimꝰ ⁊ mo do ieſſe
Cura gregis: citharam formās ad ouile paternum
Inde ad delicias regis. mox horrida bella
Conſerit: ⁊ funda ſternit ſtridente goliam

¶ Regnum dauid

Regia mirifici fulgent inſignia dauid
Sceptꝝ. oleum. cornu. diadema ⁊ purpura et ara:
Omnia cōueniūt chriſto. chlamys atq corona
Virga poteſtatis. cornu crucis. altar oliuū.

¶ Edificatio templi

Edificat templum ſapientia per ſalomonem:
Obſequium regina auſtri graue cōgerit auꝝ.
Tempus adeſt cum templum hoīs ſub pectore chriſtus
Edificat. quod gaza colat quod barbara ditent

¶ Filij prophetarum

Forte prophetaꝝ nati dum ligna recidunt
Flumīs in ripam cecidit diſcuſſa bipennis
Gurgite ſummerſum eſt ferrum: ſed mox leue lignum
Iniectum ſtagnis. ferꝝ reuocabile fecit

¶ De captiuitate hebreoꝝ

Gens hebreoꝝ peccamine capta frequenti
Fleuerat exiliū dirę babilonis ad amnes:
Tum patrios cantare mo dos ꝑcepta recuſat
Organaq in ramis ſalicis ſuſpēdit amarę.

¶ De Ezechia rege.

Hic bonus ezechias meruit ter quinq per annos
Pręſcriptum proferre diem. legemq obeundi
Tendere tot gradibꝰ quot veſpera texerat vmbras
Lumine perfuſo docuit ſol verſus in ortum:

# ¶ Nouū teſtamentum.

¶ Maria et angelus Gabriel.
Uentante deo deſcendit nuncius alto
Gabriel ex ſolio patris. ſedemq; repente
Intrauit virgineam: ſanctus te ſpiritus: inquit
Implebit maria. chriſtum paries ſacra virgo

¶ Ciuitas bethleem.
Bethleem caput eſt orbis quę ꝓtulit ieſum.
Orbis principiū caput ipſum principioꝝ.
Urbs hoīem chriſtum genuit: qui chriſtꝰ agebat
Ante deus. quā ſol fieret quam lucifer eſſet

¶ Magorum munera.
Hic p̄cioſa magi ſub virginis vbere chriſto
Dona ferūt puero myrrheq; ⁊ thuris ⁊ auri:
Miratur genitrix tot caſti ventris honores
Seq; deum genuiſſe hoīem. regem q̄; ſummū

¶ Ab angelo paſtores admoniti.
Peruigiles paſtoꝝ oculos vis lumīs implet
Angelici. natum celebrās de ꝟgine chriſtum:
Inueniūt tectum pannis. prę ſepe. iacentem
Cuna erat: exultāt alacres ⁊ numen adorāt.

¶ Occidūtur infantes ab herode.
Impius īnumeris infantū cędibus hoſtis
Perfurit herodes. dum chriſtū quęrit in illis:
Fumāt lacteolo paruoꝝ ſanguine cunę
Uulneribuſq; madēt calidis pia pectora matrum

¶ Baptizatur chriſtus.
Perfundit fluuio. paſtus baptiſta locuſtis
Siluarūq; fauis. ⁊ amictus veſte cameli
Tinxerat ⁊ chriſtum: ſed ſpiritꝰ ęthere miſſus

Teſtatur tinctum tinctis qui crimina donat

¶ Pynna templi.

Excidio veteris templi ſtat pynna ſuperſtes:
Structus enim lapide et illo manet angulus vſq;
In ſeculum ſeculi. quem ſpernūt ędificantes
Nūc caput eſt templi ⁊ lapidum cōpago duoꝝ

¶ Ex aqua vinū factum.

Fędera cōiugij celebrabāt auſpice cętu:
Forte galileis iam dee*r*āt vina miniſtris.
Chriſt⁹ vaſa iubet, ꝓperanter aquaria lymphis
Jmpleri: vnde meri veteris ꝓfunditur vnda.

¶ Piſcina ſyloa.

Morboꝝ medicina latex quem ſpiritus oris
Eructat varijs. fuſum ratione latenti
Siloam vocitant: ſputis vbi collita cęci
Lumina ſaluator iuſſit de fonte lauari

¶ Decollatio ſancti Joānis baptiſtę.

Premia ſaltatrix poſcit funebria virgo.
Joānis caput abſciſum. quod lance reportet
Inceſtę ad gremiū matris fert regia donum
Saltria reſperſis manib⁹ de ſanguine iuſto

¶ Per mare Chriſt⁹ ambulat

It mare ꝑ mediū dn̄s. fluctuſq; liquentes
Calce terēs iubet inſtabili deſcendere cymba
Diſcipulum: ſed mortales trepidatio plantas
Mergitat. ille manū regit ⁊ veſtigia firmat

¶ Dęmon in porcos miſſus.

Vincula ſepulcrali ſub carcere ferrea dęmon
Fregerat: erumpit pedibuſq; aduoluitur ieſu
Aſt hoīem dn̄s ſibi vendicat. ⁊ iubet hoſtem
Porcoꝝ furiare greges ac per freta mergi.

¶ Quinqꝫ panes ⁊ duo piſces.
Quinqꝫ deus panes fregit. piſceſqꝫ gemellos
His hominū large ſaturauit milia quinqꝫ:
Implētur nimio micaꝝ fragmine corbes
Bis ſeni: ęternę tanta eſt opulētia menſę
¶ Lazarꝰ reſuſcitatus a morte
Conſcius inſignis facti locus in bethania
Vidit ab inferna te lazare ſede reuerſum:
Apparet ſciſſum fractis foribꝰ monumentum
Unde putreſcentis redierūt membra ſepulti
¶ Ager ſanguinis.
Campus acheldemach ſceleris mercede nefandi
Venditus. exequias recipit tumuloſus humādas
Sanguinis hoc preciū eſt chriſti: iudas nimis arctat
Infęlix collum laqueo pro crimine tanto.
¶ Domus Cayphę
Impia blaſphęmi cecidit domus ecce cayphę
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra chriſti.
Hic peccatoꝝ manet exitus. obruta quorum
Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit.
¶ Colūna ad quam flagellatus eſt chriſtus.
Vinctus in his dñs ſtetit ꝯdibꝰ. atqꝫ columnę
Annexus. tergum dedit vt ſeruile flagellis.
Perſtat adhuc templūqꝫ gerit venerāda colūna
Noſqꝫ docet cunctis imunes viuere flagris
¶ Paſſio ſaluatoris.
Traiectus ꝑ vtrūqꝫ latus laticem atqꝫ cruorem
Chriſtus agit. ſanguis victoria. lympha lauacrum eſt.
Tūc crucibus duo diſcordāt hinc inde latrones
Contiguis: negat ille deum. fert iſte coronam.
¶ Mons oliueti.

Montis oliueti chriſtus de vertice ſurſum
Ad patrem rediȷ̄t. ſignās veſtigia pacis
Frondibus ęternis: pręſpinguis liquitur humor
Qui ꝓbat infuſum terris de chriſmate donū.

¶ Paſſio ſancti Stephani.

Primus iuit ſtephan⁹ mercedem ſanguinis imbre
Afflictus lapidū: chriſtū tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat. ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus. O primę pietas mirāda coronę.

¶ Porta ſpecioſa templi.

Porta manet templi. ſpecioſam quam vocitarūt
Egregiū ſalomonis opus: ſʒ maius in illo
Chriſti opus emicuit. Claud⁹ nam ſurgere iuſſus
Ore petri. ſtupuit damnatos currere greſſus

¶ Viſio Petri apoſtoli.

Somniat illapſum petrus alto ex ęthere diſcum
Confertū omnigenis animalib⁹: ille recuſat
Mandere. ſed dn̄s iubet oīa munda putare.
Surgit. ⁊ immūdas vocat ad myſteria gentes

¶ Vas electionis.

Hic lupus ante rapax veſtitur vellere molli
Saulus qui fuerat fit adempto lumine paulus:
Mox recipit viſum. fit apoſtolus ac populoꝝ
Doctor. et ore potēs coruos mutare columbis

¶ Apocalipſis Joānis euāgeliſtę.

Bis duodena ſenū ſedes pateris cithariſqʒ
Totqʒ coronaꝝ fulgens inſignibus. agnum
Cęde cruentatū laudat: quia voluere libꝝ
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

¶ Finiūt Tetraſticha prudētij ſi-
ue hiſtoriarū tituli.

Aurelij prudentij Clementis liber qui vulgo Apotheoſis dicitur ſi tñ volum⁹ grecis credere peri theotetos dicend⁹ eſt eo q̄ diuinitate ſcriptus ſit.

Prologus in Apotheoſim

Est tria ſumma deus: trinū ſpecimen. vigor vnus
Corde patris genita eſt ſapientia. filius ipſe eſt
Sanctus ab eterno: ſubſiſtit ſpiritus orc.
Tempore nec ſenior pater eſt nec numine maior.
Nam ſapiēs retro ſemꝑ deus edidit ex ſe
Per quod ſemꝑ erat gignenda ad ſecula verbum.
Edere ſed v̄bum patris eſt: at cetera verbi
Aſſumptum geſtare hoīem reparare peremptum.
Conciliare patri. dextraq; in ſede locare
Spiritus iſta dei cōplet. deus ipſe fideles
In populos carīſma ſuū diffundere promptus
Et patris ⁊ chriſti virtutem in corpora trāſfert.

Item Alius prologus.

Jambus Senarius et quaternarius. Secūda regio habet Jambum. et in medio Spondeum vel Jambum. Et clauditur pyrrichio.

Est vera ſecta? (te magiſter conſulo)
Rectam ne ſeruamus fidem?
An viperina nō cauemus dogmata
Et neſcienter labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas
Tam multa ſurgunt perfidoꝝ compita
Tortis polita erroribus.
Obliqua ſeſe conſerunt diuorcia
Hinc inde textis orbitis.

b i

Zachey ... peregria
ierusalem

Montis oliueti chriſtus de vertice ſurſum
Ad patrem rediȷt. ſignās veſtigia pacis
Frondibus eternis: precpinguis liquitur humor
Qui pbat infuſum terris de chriſmate donū.

¶ Paſſio ſancti Stephani.

Primus iuit stephan⁹ mercedem ſanguis. imbre
Afflictus lapidū: chriſtū tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat. ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus. O prime pietas mirāda corone.

¶ Porta ſpecioſa templi.

Porta manet templi. ſpecioſam quam vocitarūt
Egregiū ſalomonis opus: ſʒ maius in illo
Chriſti opus emicuit. Claud⁹ nam ſurgere iuſſus
Ore petri. ſtupuit damnatos currere greſſus

¶ Viſio Petri apoſtoli.

Somniat illapſum petrus alto ex ethere diſcum
Confertū omnigenis animalib⁹: ille recuſat
Mandere. ſed dn̄s iubet oīa munda putare.
Surgit. ⁊ immūdas vocat ad myſteria gentes

¶ Vas electionis.

Hic lupus ante rapax veſtitur vellere molli
Saulus qui fuerat fit adempto lumine paulus:
Mox recipit viſum. fit apoſtolus ac populoꝝ
Doctor. et ore potēs coruos mutare columbis

¶ Apocalipſis Joānis euāgeliste.

Bis duodena ſenū ſedes pateris cithariſqʒ
Totqʒ coronaꝝ fulgens inſignibus. agnum
Cede cruentatū laudat: quia voluere libꝝ
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

¶ Finiūt Tetraſticha prudētij ſi-
ue hiſtoriarū tituli.

Aurelij prudentij Clementis liber qui vulgo Apotheoſis dicitur ſi tñ volum⁹ grecis credere peri theotetos dicend⁹ eſt eo ꝙ diuinitate ſcriptus ſit.

## Prologus in Apotheoſim

St tria ſumma deus: trinũ ſpecimen. vigor vnus
Corde patris genita eſt ſapientia. filius ipſe eſt
Sanctus ab ęterno: ſubſiſtit ſpiritus ore.
Tempore nec ſenior pater eſt nec numine maior.
Nam ſapiēs retro ſemꝑ deus ędidit ex ſe
Per quod ſemꝑ erat gignenda ad ſęcula verbum.
Edere ſed ꝟbum patris eſt: at cętera verbi
Aſſumptum geſtare hoīem reparare peremptum.
Conciliare patri. dextraqꝫ in ſede locare
Spiritus iſta dei cōplet. deus ipſe fideles
In populos cariſma ſuū diffundere promptus
Et patris ⁊ chriſti virtutem in corpora trāſfert.

## Item Alius prologus.

Jambus Senarius et quaternarius. Secūda regio habet Jambum. et in medio Spondeum vel Jambum. Et clauditur pyrrichio.

St vera ſecta? (te magiſter conſulo)
Rectam ne ſeruamus fidem?
An viperina nō cauemus dogmata
Et neſcienter labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas
Tam multa ſurgunt perfidoꝝ compita
Tortis polita erroribus.
Obliqua ſeſe conſerunt diuorcia
Hinc inde textis orbitis.

Montis oliueti chriſtus de vertice ſurſum
Ad patrem rediīt. ſignās veſtigia pacis
Frondibus ęternis: prępinguis liquitur humor
Qui ꝓbat infuſum te. ris de chriſmate donū.

¶ Paſſio ſancti Stephani.

Primus iuit ſtephan⁹ mercedem ſanguis. imbre
Afflictus lapidū: chriſtū tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat. ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus. O primę pietas mirāda coronę.

¶ Porta ſpecioſa templi.

Porta manet templi. ſpecioſam quam vocitarūt
Egregiū ſalomonis opus: ſ3 maius in illo
Chriſti opus emicuit. Claud⁹ nam ſurgere iuſſus
Ore petri. ſtupuit damnatos currere greſſus

¶ Viſio Petri apoſtoli.

Somniat illapſum petrus alto ex ęthere diſcum
Conſertū omnigenis animalib⁹: ille recuſat
Mandere. ſed dn̄s iubet oīa munda putare.
Surgit. ⁊ immūdas vocat ad myſteria gentes

¶ Vas electionis.

Hic lupus ante rapax veſtitur vellere molli
Saulus qui fuerat fit adempto lumine paulus:
Mox recipit viſum. fit apoſtolus ac populoꝝ
Doctor. et ore potēs coruos mutare columbis

¶ Apocalipſis Joānis euāgeliſtę.

Bis duodena ſenū ſedes pateris citharisq3
Totq3 coronaꝝ fulgens inſignibus. agnum
Cęde cruentatū laudat: quia voluere libꝝ
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus:

¶ Finiūt Tetraſticha prudētij ſi-
ue hiſtoriarū tituli.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

¶ Aurelij prudentij Clementis liber qui vulgo Apotheoſis dicitur ſi tñ volum⁹ grecis credere peri theo=tetos dicend⁹ eſt eo q̄ diuinitate ſcriptus ſit.

¶ Prologus in Apotheoſim

St tria ſumma deus: trinū ſpecimen. vigor vnus
Corde patris genita eſt ſapientia. filius ipſe eſt
Sanctus ab eterno: ſubſiſtit ſpiritus ore.
Tempore nec ſenior pater eſt nec numine maior.
Nam ſapiēs retro ſemꝑ deus edidit ex ſe
Per quod ſemꝑ erat gignenda ad ſecula verbum.
Edere ſed v̄bum patris eſt: at cetera verbi
Aſſumptum geſtare hoīem reparare peremptum.
Conciliare patri. dextraq; in ſede locare
Spiritus iſta dei cōplet. deus ipſe fideles
In populos cariſma ſuū diffundere promptus
Et patris ⁊ chriſti virtutem in corpora trāſfert:

¶ Item Alius prologus.

¶ Iambus Senarius et quaternarius. Secūda regio habet Iambum. et in medio Spondeum vel Iambum. Et clauditur pyrrichio.

St vera ſecta? (te magiſter conſulo)
Rectam ne ſeruamus fidem?
An viperina nō cauemus dogmata
Et neſcienter labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas
Tam multa ſurgunt perfidoꝝ compita
Tortis polita erroribus.
Obliqua ſeſe conſerunt diuorcia
Hinc inde textis orbitis?

b i

Quas ſi quis errans ac vagus ſectabitur
Rectum relinquens tramitem.
Scrobis latentis pronus in foueam ruet
Quam fodit hoſtilis manus
Manus latronum quę viantes obſidet
Iter ſequentes deuium.
Quid non libido mentis humanę ſtruat
Quid non malorum pruriat:
Statum laceſſunt omnipollentis dei
Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus
Ut quiſqꝫ lingua eſt nequior:
Soluũt ligantqꝫ quęſtionum vincula
Per ſyllogiſmos plectiles.
Ue captioſis ſycophantarum ſtrophis
Ue verſipelli aſtutię
Nodos tenaces recta rumpit regula
Infeſta diſſertantibus.
Idcirco mundi ſtulta delegit deus
Ut concidant ſophiſtica
Deqꝫ imbecillis ſubiugauit fortia
Simplex vt eſſet credere.
Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt
Impingat in quem vanitas
Signum caventi. non caventi ſcandalum.
Hunc ſternit. illum dirigit
Dum plura tentat cęcus incerto gradu
Incurrit id quod obuium eſt.
Fax ſola fidei eſt pręferenda greſſibus
Ut recta ſint veſtigia:
Quis in tenebris hoſtis errantes tamen

Pulſat trahitqꝫ ⁊ proterit:
Qui ſparſa ad ipſum cōmeantum tranſitum
Frumenta ſęuus deuorat
Qui lęta chriſti grana fur interpolat
Addens hauenas ęmulas
Quas de veneni lacte in herbam fertilem
Patitur colonus creſcere
Ne forte culmū fibra inanis ſpiceum
Simul reuulſa internecet.
Expectat ergo dum doloſa ⁊ farrea
Feruens coquat maturitas
Det ventilabro lecta quęqꝫ vt horreis.
Vrat recrementum focis.
Refert ſed ipſa noſſe quę meſſem necant
Zizaniorum ſemina:-

¶ Explicit prologus

¶ Apotheoſis ſiue peri theotetos liber primus Contra hereſim quę patrem paſſum affirmat.

¶ Carmen heroicum

Lurima ſunt. ſed pauca loquar. ne dira reatu
Dogmata. catholicam maculēt male ꝑdita linguam
Ille patrem pellēs ſolio. detrudit in arctum
Corporis humani geſtamen: nec pauet ipſum
Obiectare neci. diroqꝫ affigere ligno.
Paſſibilis ne deus? cuius ſpecies ⁊ imago
Nulli viſa vnq̃: nec enim comprendier illa
Maieſtas facilis. ſenſu ve oculis ve manu ve.
Joannis magni celebris ſententia pręſto eſt
Haud vnq̃ teſtata deum potuiſſe videri.

Ille pater quem nulla acies violenta tuendo
Eminus ardētis penetrauit acumine viſus
Qui ſe formā hōīs non induit. ⁊ deitatis
Immēſum aſſumpto nō temperat ore modo ve
Aut euāgelici pietas ſpernēda libelli
Jam blaſphęme tibi eſt. aut nunq̄ viſa beati
Vis intacta patris nō admiſcēda caducis.
Sed tñ ⁊ patris eſt ſpecimen qđ cernere fas ſit
Humanis aliqñ oculis cōcurrere ꝓmptum eſt
Quod q̄uis hebes intuit⁹ ſpeculamine glauco
Humentiq; acie potuit nebuloſus adire:
Quiſq; hoīm vidiſſe deum memoratur. ab ipſo
Infuſum vidit gnatū. Nam fili⁹ hoc eſt
Quod de patre micās ſe preſtitit inſpiciendum
Per ſpecies quas poſſet hō comprendere viſu
Nam mera maieſtas eſt infinita. nec intrat
Obtutus. aliquo niſi ſe moderamine formet.
Hoc vidit princeps generoſi ſęminis abram
Jam tūc dignati terras inuiſere. chriſti
Hoſpes homo in triplicem numen radiaſſe figuram.
Hoc colluctātis tractarūt brachia iacob.
Ipſe dator legis diuinę accedere coram
Juſſus. amicicię collato qui ſtetit ore
Comin⁹ ⁊ ſacris cōiunxit ꝟba loquelis
Carnis in effigie chriſtum ſe cernere ſenſit:
Sed maiora petēs. animū per vota tetēdit
Incōceſſa homini. pl⁹ q̄ mortale laborans
Ipſum quātus erat ſine corꝑe viſere chriſtum.
Deniq; poſt multi ſermonis mutua. poſtq;
Conſpectum pñtis heri ⁊ cōſortia longa
Quęſo: ait vt liceat te nunc deus optime noſſe:

Reſpōdit dn̄s. mea. nō me. cernere iuſtis
Poſteriora dabo. Quid apertius? abſq3 aliena
Quā ſumat facie ꝟbum nō poſſe videri.
Poſſe tn̄ cum malit. idem nunq3 patre viſo
Terrenis oculis habitu ſe oſtēdere noſtro.
Sepe ꝛ in angelicas vel mortales memoratū eſt
Induci ſpecies. queat vt ſub imagine cerui
Hoc ꝟbum eſt qđ vibratū patris ore benigno
Sumpſit ꝟgineo fragilem de corpe formam
Inde figura hoīs nondū ſub carne. moyſi
Obiecta. effigiem noſtri ſignauerat oris:
Qđ qnq3 deus ꝟbi virtute coactam
Sumptur⁹ carnem. faciem referebat eādem
Sed tamē ꝛ ſentum viſa eſt excita cremare
Flāma rubum. de⁹ in ſpinis volitabat acutis
Vulnificaſq3 comas innoxius ignis agebat
Eſſet vt exemplo de⁹ illapſurus in artus
Spiniferos: ſudib⁹ quos texūt crimina denſis
Et peccata malis hirſuta dolorib⁹ implent:
Inculta nam ſtirpe frutex vicioſus. iniquis
Luxuriem virgis inhoneſto effundere ſucco
Ceperat. ꝛ nodos ꝑ acumina crebra ligabat.
Cernere erat ſteriles ſubito ſplēdeſcere frondes
Accenſiſq3 citum folijs magno impete late
Collucere deum. nec ſpinea ledere texta.
Lambere ſanguineos fructus ꝛ poma cruenta
Stringere mortiferi vitalia germina ligni:
Quādo quidem triſtes purgantur ſanguine culpe
Quem cōtorta rubus denſis cruciatib⁹ edit.
Ergo nihil viſum niſi quod ſub carne videndū
Lumen imago dei ꝟbum deus ꝛ deus ignis

Qui ſentū noſtri peccamen corporis impleſt
Nam lucis genitor. vbi ſator auctor ⁊ ignis
Creditur extra oculos vt apoſtolꝰ edocet auctor
Qui negat intuitu fontem deitatis adire
Credite nemo deū vidit mihi credite nemo.
Viſibilis de fonte deꝰ. non ipſe dei fons
Viſibilis. cerni potis eſt qui naſcitur. at non
Innatus cerni potis eſt: latet os patris illud
Unde deus qui viſibilis ſe preſtitit olim
Tale aliqd formās in ſeſe quale ſecuta eſt
Paſſio. que corpꝰ ſibi vendicat: ardua nam vis
Eſt inuaſibilis. quoniam natura ſuperni
Ignis. ad horrificas neſcit deſcendere penas
Nec capit humanis angoribꝰ excruciari.
Pura. ſerena. micās. liquido perlibera motu.
Subdita nec cuiqm. dominatrix vtpote rerum
Cui nō principiū de tempore. ſ; ſuꝑ omne
Tempus ⁊ ante diem maieſtas cū patre ſummo.
Immo animꝰ patris ⁊ ratio et via cōciliorꝝ
Que nō facta manu. nec voce creata iubentis
Protulit imperiū. patrio ructata ꝓfundo.
Hanc igitur nō flagra ſecāt. non ſputa ſaliuis
Aſpergūt. alapis nō vexat palma reliſis
Nec perfoſſa cruci clauorꝝ vulnera figunt:
His affecta caro eſt hoīs. quem femina pregnās
Enixa eſt ſub lege vteri. ſine lege mariti
Ille famē patitur: fel potat ⁊ haurit acetum
Ille pauet mortis faciem. pauet ille dolorem.

¶ Item Contra hereticos.

Icite ſacrilegi doctores qui patre ſummo
Deſertum iacuiſſe thronū contenditis. illo

Tempore quo fragiles deus eſt illapſus in artus.
Ergo pater paſſus? quid nō malus audeat error?
Ille puellari cōceptus ſanguine creuit:
Ipſe verecūdę diſtendit ꝟginis aluū:
Etiam falſilaqua eſt diuini pagina libri
Quę ꝟbum ī carnis loq̄tur fluxiſſe figuram:
At nō qui ꝟbi pater eſt caro factꝰ habetur.
Fige gradum ſcriptura tuū nil mobile ⁊ anceps
Affirmaſſe decet. Pater eſt quē cernere nulli
Eſt licitū: pater eſt qui nunq̄ꝫ viſus in orbe eſt
Nec mūdana inter radiauit lumina corā.
Verbum conſpicuū miſit. miſſumqꝫ recepit
Cum voluit ꝟbo pręſtrinxit viſcera purę
Virginis. ⁊ ꝟbo ſtruxit puerilia membra.
Ipſe quidem in terris ꝟtute ⁊ numine pręſens
Semꝑ adeſt quocūqꝫ loci. nec pars vacat vlla
Maieſtate patris. nuſquā eſt genitor deus abſens
Per ꝟbum ſed ſemꝑ adeſt: atqꝫ inde philippo
Chriſtus ait. Tanto tecū iam tp̄e verſor
Et patrem te noſſe negas quem perſpicis in me;
Eſt inuiſibilis donū patris. edere gnatum
Viſibilem. per quem valeat deꝰ ipſe videri
Nec ſolis ſanctoꝝ oculis: ſed lumine caſſis
Cęcoꝝ: cęcos loquor atra ſocordia quoꝝ
Corde tenebroſo veꝝ perpendere neſcit.
Quem ſi perſpicuū mortalibꝰ inficiaris
Fare age quem videat babylonis ab arce tyrannus
Innocuas inter flammas procul inſpaciantem
Calcātem rapidos inaduſtis fratribus ignes:
Nempe (ait) o ꝓceres. tres vaſta incendia anhelis
Accepere viros fornacibus: additus vnus

Ecce vaporiferos ridens interſecat ignes
Filius ille dei eſt fateor quem & victus adoro.
Irriſas remouete faces tedasq; tepentes
Subtrahite. en friget ſucceſſi ſulphuris ardor.
Filius (haud dubium eſt) agit hec miracula rex
Quem video deus ipſe dei certiſſima proles
Imperat immenſis ardoribus. & donat iras
Inſultans famulante rogo piceosq; furores
Comprimit. & rabiem flammarum algeſcere cogit
Barbaricos calida aura ſinus non tangere iuſſa
Preterit. & tenues ſtridens transcurrit amictus.
Ire per aſſyrias vetitus vapor ille thyaras
Ne coma fuſa humeros fumo obſurdeſcat amaro.
Hec ait. & varios iubet obmuteſcere cantus
Organa. ſambucas. citharas. calamosq; tubasq;
Stulta ſuperſtitio tacuit: vox feſta quieuit
Que male conſpicue celebrabat imaginis aurum.
Carmina ſanctorum reſonant iam ſola virorum
Concentu triplici regem laudantia celi
Qui mare qui terras qui lucida ſydera fecit
Ignibus in medijs ſecuros texit alumnos
Semper in auxilium ſermo patris omnipotentis
Deſcendit ſeruando homini. mortalia ſemper
Admiſcenda ſibi, proprio curauit amore.
Ut ſocianda caro domino q; implenda perenni
Degenerem vitam quam tunc animalis agebat
Exemplo mutaret heri. ſimilesq; per artus
Cernere conſortem terreni aſſueſceret oris
Participemq; ſuum viſu velut obſide noſſe
Et conſanguineo paulatim accedere christo.
Ergo animalis homo quondam. nunc ſpiritus illum

Tranſtulit ad ſuperi naturam ſeminis:ipſum
Infundēdo deum.mortalia viuificātem.
Nūc noua materies ſolidata intercute flatu
Materies ſed noſtra.tñ de ꝟgine caſta
Exuit antiquę corruptę exordia vitę
Immortale bonū ꝓprio ſpiramine ſumens.
Filius ille hoīs.ſed filius ille tonantis
Iam ſolꝰ vultum patris aſpicit ⁊ videt ipſum.
Nemo patrem nouit niſi filiꝰ.⁊ cui mōſtrat
Filius.⁊ noſtri mediator ⁊ omnipotētis.
Deniqꝫ cōcludam breuis vt compēdia ſummę.
Nō pater in carnem deſcēdit:ſed patris arcem
Sumpta caro aſcēdit:natꝰ per vtrūqꝫ cucurrit.

¶ Cōtra homūcionitas vel vnionitas

Ede ꝓphanator chriſti iam cede ſabelli
Depoſitorqꝫ patris.natiqꝫ inſane negator.
Nōne patrem violas.natum dum ſcire recuſas?
Quādoquidem nō eſt genitor niſi filius extet
Nec vocitare patrem potis es quem germine fraudas
Sed fortaſſe velis patrię pietatis honore
Deſpoliare deum cōtentus nomine nudo
Nō deus eſt.adimaſqꝫ decꝰ patris ⁊ generis vim.
Et quis in idolio recubās inter ſacra mille
Ridiculoſqꝫ deos venerās ſale.ceſpite.thure.
Nō putat eſſe deum ſummū ⁊ ſuꝑ omnia ſolum?
Quāuis ſaturnis iunonibꝰ ⁊ cythereis
Portētiſqꝫ alijs fumātes cōſecret aras:
Attamē in cęlum quotiēs ſuſpexit.in vno
Cōſtituit ius omne deo.cui ſeruiat ingens
Virtutū ratio.varijs inſtructa miniſtris
Quę gens tam ſtolida eſt animis.tam barbara linguis

Quę ve ſupſtitio tam ſordida. quę caniformem
Latrātemqꝫ. throno cęli pręponat anubem?
Nemo cloacinę aut eponę ſup̱ aſtra deabus
Dat ſolium: ſolitam q̄uis perſoluat acerram
Sacrilegiſqꝫ molam manibus rimetur ꝛ exta.
Cōſule barbati deliramēta platonis
Conſule ꝛ hircoſos cynicos quos ſomniat. ꝛ quos
Texit ariſtoteles tota vertigine neruos.
Hos oēs q̄uis anceps labyrinthus ꝛ error
Circūflexus agat. q̄uis ꝑmittere ꝛ ill'
Gallinam ſoleant aut gallum: clinicus vt ſe
Dignetur pręſtare deus morientibꝰ ęquū.
Cōuertunt tamē ad normam rationis ꝛ artis
Turbidulos ſenſus. ꝛ litigioſa fragoſis
Argumēta modis cōcludunt numen in vnū:
Cuius ad arbitriū ſpera mobilis atqꝫ rotunda
Voluatur. ſeruētqꝫ ſuos vaga ſydera curſus.
Nō recipit natura hoīs (modo quadrupes ille
Non ſit. ꝛ erecto ſpectet cęleſtia vultu)
Nō recipit. neget vt regimen pollere ſupremū.
Iſtud ꝛ ipſe numę tacitus ſuſpexit aruſpex
Semifer ꝛ cothus ſentit cane milite peior
Sꝫ nos qui dn̄m libris ꝛ corp̱e iam bis
Vidimꝰ. ante fide. mox carne ꝛ ſanguine coram
Quiqꝫ voluminibꝰ vatum cruce teſte probatis
Rimātes digitos coſtaꝝ in vulnera cruda
Merſimus. ꝛ manuū viſu dubitāte. lacunas
Scrutati. ęternū regem cognouimꝰ ieſum
Abiurare deo titulum nomenqꝫ paternum
Credimꝰ eſſe nefas. qui regem ꝓtulit ex ſe
Nō regem populi parthoꝝ aut romulidarum

Sȝ regem ſummę ꝛ medię et rationis ꝛ imę
Atqȝ ideo reꝝ dñm ꝛ ſuꝑ omnia regem
Carnis habet medium. ſummū patris ꝛ ſtygis imū
Defluit his gradib⁹ rurſumqȝ reuoluitur ii. ſe
Eſt de⁹ eſt ꝛ homo ꝛ fit mortu⁹ ꝛ deus idem eſt.
Omnia ꝑcurrit natur munia pronę
Ut ſurſum patris in gremiū replicata reportet
Mortua quę fuerāt. ipſos q̄ȝ ſubuehat artus.
Hęc fore cum veteꝝ cecinissent organa vatum
Nos oculis manib⁹ congreſſu voce loquela
Experti hẽroum tandē intellexim⁹ orſa
Priſcoꝝ. ꝛ viſo patefacta oracula chriſto.
Hęc eſt noſtra ſalus. hinc viuim⁹ hinc aīamur
Hoc ſequimur. nunq̄ȝ detracto nomine nati
Appellare patrem. patris ꝛ ſine noīe nunq̄ȝ
Natum noſſe deum. nunq̄ȝ niſi ſanctus ꝛ vnus
Spiritus interſit natumqȝ patremqȝ vocare.
Sic tñ hęc cōſtare tria. vt ne ſepare ductu
Tres faciam: trib⁹ his ſubſiſtat ſed deus vnus.
Nec pater ipſe autem qui filius. at quia natum
Scim⁹ ab innato. vere pater ꝛ ſata vere
Sit ſoboles. nec ſit genitor ſibi fili⁹ ipſe.
Siue pater natus fuerit ſiue ipſe repente
Perquam ridiculum eſt ꝛ futile. natus vt ex ſe
Naſcendi noua materies ac ſe deus vltro
Ediderit natumqȝ ſibi ſe fecerit ipſum.
Nil falſum aut mendax diuina vocabula fingūt
Qui pater eſt gignendo pater. tum filius ex hoc
Filius auctore. vt genit⁹ ꝙ ſit patre ſummo
Summus ꝛ ipſe tamē: nec enim minor aut patre diſpar.
Unde in vtroqȝ opis forma indiſcreta: ſed omnem

Vlim maieſtatis patrię generoſus haberet
Filius. idq; de⁹ genitor q̄d filius eſſet.
Pergūt vlterius ſcrutātes quid ſit idipſum
Gignere. ſi fas eſt humanos tendere ſenſus
Vſq; ad ſecretū. quo tp̄a cuncta dieſq;
Pręuenit antiquos. ꝛ principiū ſup̄ ipſum
Eminet. ꝛ quodcūq; poteſt homo q̄rere tranſit.
Cum ſit difficilis via. noſcere principioꝝ
Sęmina. cui dabitur mortali exq̄rere. quidnam
Vltra principiū deus egerit: aut quo pacto
Ediderit ꝟbum quod principio caret omni:
Hoc ſolum ſcimus ꝙ traditur eſſe deus. quem
Nō genit⁹ genitor generauerit vn⁹ ꝛ vnum
Integer integꝛ. non cęptū ſed tn̄ ortum
Et cōperpetuū patri retro. ſ; patre natum.
Sed nec deciſus pater eſt. vt pars patris eſſet
Filius. exten dēs nec ſe ſubſtātia tractim
Produxit minuit ve aliq̄d de numine pleno
Dum mutata nouū producit porcio natum
Nec cōuertibilis nec demutabilis vnq̄;
Eſt de⁹. aut gignendo aliq̄d ſibi detrahit: atqui
Totus ꝛ ex toto de⁹ eſt. de lumine lumen.
Quādo autem lumē ſine lumine: q̄n refulgens
Lux fulgore caret: q̄n eſt. vt ꝓdigus ignis
Ignem diminuat: quādo pater ꝛ deus et lux
Nō lucis deus ꝛ pater eſt: qui ſi pater olim
Nō fuit. ꝛ ſeꝝ genuit poſt tp̄a gnatum
Fit nouus: inq; nouū ius ꝓficit. Abſit vt vnq̄;
Plenus ꝓficiat qui nō eget incremēto.
Et deus ꝛ genitor lumenq; ꝛ gloria ſemper
Ille fuit: nec poſt ſibi cōtulit vt pater eſſet

Sic fit vt ęternū credamꝰ cum patre christum
Illo auctore satum. cui nullꝰ pręfuit auctor.
Hęc tu si dubites nati misteria christi
Perdite. catholica nō es de plebe: sed vnus
De grege thurifero. venerator deucalionū
Deuotus cippo. ficulni ꝛ stipitis vnctor.
Quin potius scrutare dei signacula in ipso
Fonte vetustatis: ꝑcurrito nomina primi
Scriptoris. quem nō bardus pater aut auus augur
Fabula nec veteris famę. nec garrula nutrix
Nec sago clangore loquax ꝛ stridula cornix
Rem docuere dei: sed coram proditꝰ ipse
Ipse deꝰ trepidum mortalem mitis amico
Imbuit eloquio. seqꝫ ac sua summa retexit.
Nimirꝫ meminit scriptor doctissimꝰ ille
Orbis principio nō solum nec sine christo
Informasse patrē naturę plasma nouellę
Fecit ait condens hoīem deus. ꝛ dedit illi
Ora dei: quidnam est aliud quā dicere. solus
Nō erat. atqꝫ deo deꝰ assistebat agēti.
Cum dominꝰ faceret dn̄i sub imagine plasma
Christꝰ forma patris. nos christi forma ꝛ imago
Cōdimur in faciem dn̄i bonitate superna
Venturo in faciem nostram post sęcula christo:
Possum multa sacris exempla excerpere libris
(Ni refugis) qui te doceāt nō in patre solo
Vim maiestatis positam: sꝫ cum patre christū
Esse deū. velut illud ait genealogus idem
A dn̄o dn̄s flāmas pluit in zodomitas
Quis dn̄s? de quo dn̄o? si solꝰ ab arce
Siderea spectat pater aut ardescit in iras.

Filius armatam dñi patris ignibus iram
Spargebat dñs: ſunt vnum fulmen vtraqȝ.

¶ Contra Judeos.

Et ſi iudaycos ſic intellecta rigaſſent
Auditus. ſtupidas vt poſſent tangere fibras:
Audiſſent dñm v̾tutum; qui pereuntes
Venerat vt ſeruaret oues. Sȝ ab auribus omnis
Fluxerat ornat⁹: caput ⁊ iam coctile baal
Finxerat. auriculaſqȝ ſuo ſpoliarat honore
Dux populi peccātis adeſt de monte coruſci
Lnminis: alloquioqȝ dei tabulaſqȝ tremēdo
Inciſas digito. cęca ad tentoria defert.
Sed cadit in faciem plebs nō viſura ꝓfundę
Legis in effigie ſcriptum ꝑ enigmata chriſtū.
Infęlix quę luce oculos pręſtricta pauentes
Texerit. ⁊ preſſo faciem velarit amictu.
At nos reiecto chriſtum velamine. coram
Cernim⁹: atqȝ deum vultu ſpeculamur aperto
Nec ſub lege graui depreſſa fronte iacemus.
Sed legis radium ſublimi agnoſcim⁹ ore
Heu frondoſa prius ramis fęlicibus arbos:
Pinguib⁹ heu quondam radix olęagina baccis.
Ecce tibi inſerto reuireſcit nūc oleaſtro
Truncus. ⁊ extremi veſtitur cortice libri.
Jam miſerere tui: non ſe ſilueſtris oliui
Surculus exultās alieno ſtipite iactat
Sed monet vt generis ꝓprij memor vnguine amaro
Contriſtare comas deſueſcas. ſtirpe nec imo
Inuideas miſſis in celſa cacumina virgis
Blaſphemas dominum gens ingratiſſima chriſtum
Paſcha tuū dic dic cuius de ſanguine feſtum

Iam ſolemne tibi eſt? quis tandem cęditur agnus
Anniculus: ſacer ille tibi redeūtibus annis
Sꝫ ſacer in pecude. ſtultum eſt ſic credere ſacrū
Sanguine balantis ſummos cōtingere poſtes
Laſciuire thoris ſimilaginis. azimon eſſe
Cum fermētati turgeſcāt crimīe mores.
Nō ſapis imprudēs nr̄m te fingere paſcha
Legis ⁊ antiquę prędictis pingere ſulcis:
Omne ſacramētum retinet qđ paſſio vera?
Paſſio quę nr̄am defendit ſanguine frōtem
Corporeamq̄ꝫ domū ſignato collinit ore:
Hāc fugit excluſis ęgiptia plaga ꝓcellis
Hęc regis pharij regnum ferale reſoluit
Deq̄ꝫ poteſtatis mūdanę grandine denſa
Eripit abraam cum ſtirpe ⁊ gente fideli.
Abraę genꝰ eſt verum cui ſanguis in ore
Creditur. inſcriptuſq̄ꝫ rubet cui viſus in orbe
Haud dubitāte fide deus eſt deꝰ ex patre verus
Ille deum vidit: viſum mox credidit. at tu
Poſteritas carnis carnaliter omnia credens
Carnis opus ſub lege geris quam ſpiritus implet
Interior: nec enim cęlo lex carnea fluxit
Quā tu carne colis. ſed chriſto fęta. meamq̄ꝫ
Spem paritura vtero. quam ſpem niſi numīs almum
Lumen. ⁊ aduētum dn̄i quem viderat abraę
Prima fides. noſtriſq̄ꝫ pater ꝓmiſerat olim
Perſpiciēdum oculis ⁊ legis voce ꝓbandum.
Nec ſolum legis: nam quę iam littera chriſtum
Nō habet? aut quę nō ſcriptoꝝ armaria chriſti
Laude referta nouis celebrāt miracula libris?
Hebręus pangit ſtilus. attica copia pangit

Pangit et auſonię facūdia cōſcia linguę.
Pilatꝰ iubet ignorās Tu ſcriba tripictis
Digere ꝟſiculis. quę ſit ſuffixa poteſtas:
Frōte crucis titulꝰ ſit triplex triplice lingua
Agnoſcat iudęa legēs. ⁊ gręcia norit
Et venerata deum percenſeat aurea roma.
Quicq̇d ab arcano vomit ingens ſpiritꝰ hauſto
Quicd in ęre cauo reboans tuba curua remugit
Quicq̇d caſta chelis quicq̇d teſtudo reſultat.
Organa diſparibꝰ calamis qḋ conſona miſcēt.
Emula paſtoꝝ qḋ reddūt vocibus antra
Chriſtum cōcelebrāt. reſonāt chriſtū oīa. chriſtum
Muta etiam fidibꝰ ſanctis animata loquūtur.
O nomē prędulce mihi. lux ⁊ decꝰ et ſpes
Preſidiūqꝫ meum requies o certa laboꝝ
Blandus in ore ſapor. fragrās odor. irriguus fons
Caſtus amor. pulchra ſpecies. ſincera voluptas.
Si gens ſurda negat ſibi tot pręconia de te
Tam multas rex voces. clemētaqꝫ tantę
Nūcia lęticię. ſtolidas intrare ꝑ aures
Audiat inſanū bacchātis energia monſtri
Qḋ rabidus clamat capta inter viſcera dęmon
Et credat miſerāda ſuis. Torquetur apollo
Nomine ꝑcuſſus chriſti: nec fulmina ꝟbi
Ferre poteſt. agitāt miſeꝝ tot ꝟbera linguę
Quot laudata dei reſonāt miracula chriſti.
Intonat antiſtes dñi. fuge callide ſerpens
Exue te membris. ⁊ ſpiras ſolue latentes:
Mancipiū chriſti cur corruptiſſime vexas:
Deſine. chriſtꝰ adeſt. humani corporis vltor
Nō licet vt ſpoliū rapias cui chriſtus inheſit.

Pulſus abi ventoſe liquor. chriſtus iubet exi.
Has inter voces medius cyllenius ardens
Eiulat. ⁊ notos ſuſpirat iupiter ignes.
Ecce geraſenos legio ruit effera porcos
Et poſt multiplices buſti ſub rupe catenas
Penaꝝ gemitus lõgis grunnitibꝰ ędit.
Clamarat ſ3 ab ore hoīs. cognoſcimꝰ ieſum
Nate deo. nate ſceptris ⁊ germine dauid
Quid ſis qđ venias. qua nos ꝟtute repellas
Mouimus. aductuſqꝫ tui terrore iacemus.
Hęc iudea tuas vox nõ peruenit ad aures?
Peruenit: mentē ſed non penetrauit egenā
Lucis. et a primis foribꝰ diſcluſa refugit.
Audijt aduētum dñi quem ſolis hiberi
Veſper habet roſeus. ⁊ quem nouus excipit ortus.
Laxauit ſcythicas ꝟbo penetrāte pruinas
Vox euãgelica. hyrcanas qꝫ feruida brumas
Soluit: ⁊ exutus glacie iam mollior amnis
Caucaſea de cote fluit rhodopeius hebrus.
Manſueuere getę. feritaſqꝫ cruēta geloni
Lacte mero ſitiēs exanguia pocula miſcet
Libatura ſacros chriſti de ſanguine potus.
Mouit ⁊ atlantis pridē plaga perfida mauri
Dedere crinitos ad criſti altaria reges
Ex quo mortalem pręſtrinxit ſpūs aluum
Spiritus ille dei deꝰ ⁊ ſe corpore matris
Induit. atqꝫ hoīem de ꝟginitate crearat.
Delphica damnatis tacuerūt ſortibus antra
Nõ tripodas cortina tegit. nõ ſpumat anhelus
Fata ſibyllinis fanaticus ędita libris.
Perdidit inſanos mendax dodona vapores

Mortua iam mutę lugent oracula cumę
Nec reſpōſa refert libycis in ſyrtibus hāmon
Ipſa ſuis chriſtum capitolia romula męrēt
Principibꝰ lucere deum. deſtructaqꝫ templa
Imperio cecidiſſe ducū: iam purpura ſupplex
Sternitur ęneadę ductoris ad atria chriſti
Vexillūqꝫ crucis ſummꝰ dn̄ator adorat.
Principibꝰ tamen e cunctis nō defuit vnus
Me puero (vt memini) ductor fortiſſimus armis.
Cōditor ⁊ legum celeberrimꝰ ore manuqꝫ
Cōſultor patrię. ſed nō cōſultor habendę
Religionis. amans ter centū milia diuū
Perfidus ille deo q̄uis non perfidꝰ vrbi
Auguſtum caput ante pedes curuare mineruę.
Fictilis. ⁊ ſoleas iunonis lambere: plantis
Herculis aduolui: genua incuruare dianę
Quin ⁊ apollineo frontē ſubmittere gypſo
Aut pollutie equū ſuffire ardentibꝰ extis.
Forte litās ecathen placabat ſanguine multo
Pontificū veſtis. feriēda ſecuribꝰ illic
Agmina vaccaꝝ ſteterāt. vitulaſqꝫ reuincta
Frōte coronatas vmbrabat torta cupreſſus
Iamqꝫ inſertato reſerabat viſcera cultro
Vittatus de more ſenex: manibuſqꝫ cruentis
Tractabat trepidas lętali frigore fibras.
Poſtremoſqꝫ aīę pulſus in corde tepenti
Callidus interpres numeris ⁊ fine notabat.
Cum ſubito exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidꝰ. en q̇d ago: maius rex optime maius
Neſcio quod numē nr̄is interuenit aris
Quē ſufferre queant ſpumātia cymbia lacte

Cęſaꝝ ſanguis pecudū. verbena coronę.
Accitas video longe diſpergier vmbras
Territa theſiphone vertit veſtigia retro
Extinctis facibꝰ. tracto fugitiua flagello.
Nil agit arcanum murmur: nil theſſala ꝓſunt
Carmina: turbatos reuocat nulla hoſtia manes.
Nōne vides vt thuribilis frigentibꝰ ignis
Marceat ⁊ canis pigreſcat pruna fauillis?
Ecce palatinꝰ paterā retinere miniſter
Nō valet: eliſa diſtillāt balſama dextra
Flamē ⁊ ipſe ſuas miratur ꝟtice laurus
Cedere. ⁊ incertū fruſtatur victima ferrū.
Neſcio q̄s certe ſubrepſit chriſticolaꝝ
Hic iuuenū: genus hoc hoīm tremit inſula. ⁊ omne
Puluinar diuū. lotus ꝓcul abſit ⁊ vnctus
Pulchra reformatis redeat ꝓſerpina ſacris.
Dixit. ⁊ exanguis collabitur. ac velut ipſum
Cerneret exerto minitātem fulmine chriſtum
Ipſe q̄ꝫ exanimis poſito diadęmate princeps
Pallet. ⁊ aſtātes circūſpicit: et quis alumnꝰ
Chriſmatis inſcripto ſignaret tp̄a ſigno?
Qui zoroaſtros turbaſſet frōte ſuſurros.
Armiger e cuneo pueroꝝ flauicomaꝝ
Purpurei cuſtos lateris deprenditur vnus
Nec negat: ⁊ gemino gēmata haſtilia ferro
Prouehit. ac ſignū chriſti ſe ferre fatetur.
Proſilijt pauidus deiecto antiſtite princeps
Marmoreum fugiēs nullo comitāte ſacellū:
Tum tremefacta cohors dn̄iqꝫ oblita ſupinas
Erigit in cęlum facies. atqꝫ inuocat ieſum
Iam ne piget facti? iam pęnitet. en tibi chriſtum

Infęlix iudęa tuū. qui ſabbata ſoluens
Terrea. mortales ęterna in ſabbata ſumpſit
Gentibꝰ emicuit. pręfulſit regibꝰ. orbem
Poſſidet: imperij dominā ſibi credere romam
Cōpulit. ⁊ ſimulacra deum tarpeia ſubegit.
Diſce tuis miſerāda malis quo vindice tandem
Uana ſupſtitio. lex ⁊ carnaliter acta
Plectatur. cuiꝰ virtus te proterat vltrix.
Deſtructo ne iacēt ſalomonea ſaxa metallo
Edificata manu? Iacet illud nobile templū
Cur iacet? artificis quia dextra ſolubilis illud
Cementū ſtruxit. Reſolubile iure ſolutum eſt.
Et iacet. in nihilū quoniam redit omne politū.
Quod fieri recipit. recipit quādoqꝫ perire.
Sꝫ noſtrū contra qđ ſi vis diſcere templum
Eſt illud qđ nemo opifex fabriliter aptans
Cōpoſuit. qđ nulla abies pinus ve dolata
Texuit. exciſo qđ nunqꝫ marmore creuit
Cuiꝰ onus nullis fultū ſublime columnis
Fornice curuato tenui ſuꝑ arce pepēdit
Sꝫ vbo factum dn̄i. nō voce ſonora.
Sed vbo qđ ſemꝑ erat vbum caro factum eſt
Hoc templū ęternū eſt. hoc finē non habēt. hoc tu
Expugnare volēs. flagris cruce felle petiſti.
Deſtructū iacuit pęnis vexātibus: eſto:
Matris em̄ ex vtero qđ deſtrueretur habebat.
Sꝫ qđ morte breui. materna ex ꝑte ſolutū eſt
Maieſtate patris viuū lux tercia reddit.
Uidiſti angelicis comitatū cętibꝰ alte
Ire meum cuiꝰ ſeruor munimine templū:
Illiꝰ ęternę ſuſpendūt culmina portę

Ac per inacceſſas ſcalaꝝ gloria turres
Tollitur. ⁊ gradibꝰ lucet via cādida ſummis.
At tua cōgeſtę tumulāt holocauſta fauillę.
Quid mercare. titus docuit. docuere rapinis
Pompeianę acies: quibꝰ extirpata ꝑ omnes
Terraꝝ pelagiqꝫ plagas tua membra ferūtur.
Exilijs vagus huc illuc fluitantibꝰ errat
Judęus. poſtq̄ꝫ patria de ſede repulſus
Supplicium ꝓ cęde luit. chriſtiqꝫ negati
Sanguine reſperſus cōmiſſa piacula ſoluit.
En quo priſcoꝝ virtus defluxit auoꝝ.
Seruit ab antiq̄s dilapſa fidelibꝰ hęres
Nobilitas. ſed iam nō nobilis: alla recētem
Suſpectat captiua fidem. vis tāta nouellę
Credulitatis ineſt. Chriſtū confeſſa triūphat
Gens infida prius. chriſti ſed victa negatrix
Subditur imperio dn̄os ſortita fideles.

¶ Cōtra eunomianos hereticos.

Vnt qui iudaico cognatū dogma furori
Inſtituūt. media chriſtū ratione ſecuti
Hoc tantum qđ verus homo eſt. at cęlitus illū
Affirmāt nō eſſe deum: pietate fatētur
Maieſtate negāt. morum ꝓ laude ſacratū
Concelebrāt. adimūt naturę ſumma supernę
Omne opus ęgregiū ꝑ quod ſollertia pollens
Emicat. ingenij eſt. aut roboris illud acuto
Corde viget. duris excellit viribus. iſtud
Mortale eſt ſed vtrūqꝫ hoī: nam cana ſeneſcunt
Ingenia. ⁊ validos conſumūt ſecla lacertos.
Hęc nos in dn̄i ꝟtute ⁊ laude perenni
Nō ſeq̄mur. ſequimur nullo qđ ſemine terrę

Germinat in mūdum. quod nō de labe virili
Sumit principiū: tener illū ſeminat ignis
Nō caro nec ſanguis ꝓprius nec fęda voluptas.
Intactam thalamis ꝟtus diuina puellam
Sincero afflatu ꝑ viſcera caſta maritat.
Incōperta orꝰ nouitas iubet. vt deus eſſe
Credatur chriſtꝰ ſic cōditus. Innuba ꝟgo
Nubit ſpiritui: viciū nec ſentit amoris.
Pubertas ſignata manet. grauis intꝰ. ⁊ extra
Incolumis. florens de fertilitate pudica
Jam mater ſed ꝟgo tamē. maris inſcia mater.
Quid renuis: quid inane caput nō credule quaſſas?
Angelus hoc ſancto pręnūciat ore. placet ne
Credere ⁊ angelicis aurem reſerare loq̄lis?
Ipſa coruſcātis monitis ſacra ꝟgo miniſtri
Credidit: atq; ideo cōcepit credula chriſtum
Credētes nam chriſtꝰ adit: dubitabile pectus
Sub titubāte fide refugo cōtemnit honore.
Uirginitas ⁊ prompta fides chriſtum bibit aluo
Cordis. ⁊ intactis cōdit paritura latebris.
Crede q̄d emiſſus ſolio patris angelꝰ infit:
Uel (ſi concretus liquidam de ſydere vocem
Nō capit auditꝰ) mulier q̄d cōiuge pregnās
Clamat anus. credēs ⁊ tādem ſobrius audi
Mira fides: vtero puer interceptꝰ anili
Uirgineum dn̄m materno ex ore ſalutat
Primꝰ et infantem nō natus nūciat infans.
Jam noſtꝝ vagire ſibi: nam puſio nondum
Norat: et ora deo reſerabat garrula chriſto
Promite ſecretos fatus date: pandite librum
Euomuit ſpirāte deo quem ſanctus eſaias.

Percenſere libet. calamiqꝫ reuoluere ſulcos
Sydereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc dum rutilos apices ſummiſſus adoro
Dum lachrymãs veneror. dūqꝫ oſcula dulcia figo
Gaudia cõcipiūt lachrymas. dãt gaudia fletum
Aduenit ꝓmiſſa dies quam dixerat iſte
Affore ꝟſiculis. cum ꝟgo puerpera (teſte
Haud dubie ſponſo. pacti cui cura pudoris)
Edidit ęmanuelqꝫ meum me cernere fecit.
Eſt ne deus iam noſter homo? verſatur ⁊ aſtat
Nobiſcū: nomenqꝫ ꝓbat. verſumqꝫ vetuſtis
Obſcuꝝ ſedis pręſenti illuminat ore.
Eſt ne deus cuiꝰ cunas veneratur eous
Lancibus auratis regalia fercula ſupplex
Virginis ad gremium pannis puerilibꝰ offert?
Quis tam pēnatus rapidoqꝫ ſimilliuus auſtro
Nuncius. aurorę populos atqꝫ vltima bactra
Attigit. illuxiſſe diem luctantibꝰ horis
Qua tener innupto penderet ab vbere chriſtus.
Vidimꝰ hunc: aiūt pueꝝ per ſydera ferri
Et ſuꝑ antiquos ſignoꝝ ardeſcere tractus:
Diriguit trepidãs chaldęo in vertice pernox
Aſtrologus. ceſſiſſe anguē. fugiſſe leonem
Cõtraxiſſe pedes lateris manco ordine cancrum
Cornibus infractis domitum mugire iuuencum
Sydus ⁊ hyrcinū laceris marceſcere villis
Labitur hinc pulſus puer hydrius. inde ſagittę.
Palantes geminos fuga ſeparat. ĩproba virgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi
Quiqꝫ alij horrificis pendēt in nubibus ignes
Luciferꝝ timuere nouū. rota lurida ſolis

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Hęret. ⁊ excidiū ſentit iamiamqꝫ futurꝫ
Seqꝫ die medio velandam tegmine glauco
Splendoremqꝫ poli periturū nocte diurna
Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
Hūc ego nō cumulē myrrheqꝫ ⁊ thuris et auri
Muneribꝰ: Scio quem videam. quę dona rependam
Hūc ego nō venerer q̄ cęlo viſus. humiqꝫ
Inuentꝰ rex atqꝫ deꝰ. Moderatur vtrūqꝫ
Naturę ſpecimen: tumuloqꝫ inferna refringēs
Regna. reſurgētes ſecum iubet ire ſepultos.
Cęlum habitat: terris interuenit: abdita rumpit
Tartara: vera fides deꝰ eſt qui totꝰ vbiqꝫ eſt.
Nunq̇d vana viros aut mens aut lingua fefellit?
Nunq̇d fortuitis fruſtrātia dona dederunt
Caſibus? aut cęco vatum ſub honore dicarūt?
Quę porro cauſa aut rō eſt ſummittere colla
Ante pedes marię. puęriqꝫ crepundia parui?
Si tātum mortalis erat. nec ſumma poteſtas
Implebat teneros diuinis flatibꝰ artus.
Sꝫ iam tolle magos. thus. aurꝫ. myrrea dona
Quę verꝫ docuere deum. pręſepia. pannos
Matris adoratum gremium face ſyderis ardēs:
Ipſa deum v̄tus. factorꝫ ⁊ mira loquātur.
Inſanos video ſubito māſueſcere ventos
Cum iubeat chriſtꝰ video luctātia magnis
Equora turbinibꝰ. tranquillo marmore tendi.
Imperio chriſti video calcatus eūdem
Cum patitur gurges tergū ſolidāte liquore
Ipſe ſup̄ fluidas plātis nitentibus vndas
Ambulat. ac preſſo firmat veſtigia fluctu.
Increpat ipſe nothos. ⁊ flatibꝰ ocia mandat.

Quis iubeat ſęuis aquilonibus? ite ſilete
Carceribꝰ veſtris amploqꝫ faceſſite ponto:
Sit niſi cęlipotēs aquilonū conditor idem.
Frigidus agnoſcit boreas atqꝫ imbrifer eurus
Nymboꝝ dn̄m tempeſtatūqꝫ potentem.
Excitāqꝫ hyemē vertūt ridēte ſereno.
Quis pelagi calcarit aquas? q̄s ꝑ vada glauca
Greſſibꝰ impreſſis ſpaciatus triuerit vdum
Nō ſummerſus iter: ſola pendulꝰ ⁊ pede ſicco
Equoreę niſi factor aquę. qui ſpiritꝰ olim
Ore ſuꝑfuſus patrio. volitabat in vndis.
Nondū diſcretis. nec certo litore clauſis
Suſtinuit greſſum dn̄i famulꝰ liquor: ac ſe
Mobilitate carēs ſolitos ſubſtrinxit ad vſus.
Quid diuerſa dei memorē facta inclyta chriſti?
Altius inſpecta quę maieſtate negata
Haud dubitās hoīem tute ipſe fatebere numen:
Illinit cęcos oculos: ⁊ lumina limo
Reddit humectā ſacro ſputamine terram
Contrectās digitis: luteum medicamē operta
Mox habuit. tenebras obducta vligo remouit.
Inſuꝑ oſtēdit quoniā caligo lauacro
Expurgāda foret. varijs ſyloa refundit
Momētis latices nec fluctū ſemꝑ anhelat:
Sꝫ vice diſtincta largos lacꝰ excipit hauſtus.
Agmina languentum ſitiūt ſpem fontis auari
Membroꝝ maculas puro abluitura natatu:
Certatim interea roranti pumice raucas
Expectāt ſcatebras ⁊ ſicco in margine pendēt.
Hoc limū iubet impoſitū de fonte lauari
Chriſtus. ⁊ infuſa vultum ſplendeſcere luce.

Norat em̄ limo ſeſe informaſſe figuram
Ante tenebroſam: ꝓprij medicamen ⁊ oris
Adieciſſe nouo (quem primū finxerat) adę.
Nam ſine diuinę dn̄i ꝑflamine ſummi
Arida terra fuit nulli prius apta medelę.
Sȝ poſtq̄ȝ liquid⁹ cęleſti ſpiritus ore
Virgineā reſperſit humū. medicabilis illa eſt.
Inde trahit ſuccū lentoqȝ humore ſaliuę
Illinit infunditqȝ diem baptiſmate lota:
Cęcus adeſt oculis iam chriſti ex ore retectis
Seqȝ luto ⁊ nitidis lucem ſumpſiſſe fluentis
Clamat. ⁊ auctorē ſtupefacta ꝑ oppida mōſtrat
Auctorē lucis largitoremqȝ dierꝝ
Nō dedignatum medicę purgamen aquai
Corpore ſub ꝓprio monſtrare errātibus ęgris.
Milib⁹ ex multis pauciſſima quęqȝ retexam
Sūmatimqȝ legam quę tot⁹ non capit orbis.
Quinqȝ in deſerto panes iubet ⁊ duo piſces
Apponāt paſtum populis. qui forte magiſtꝝ
Nō reuocante famę ſtipabāt vndiqȝ ſeptum
Immemoreſqȝ cibi. vicos. caſtella. macellum
Oppida. mercat⁹ ⁊ conciliabula ⁊ vrbes
Reſpuerāt. largo cōtenti dogmate paſci.
Multa virum ſtrato feruēt cōuiuia fęno:
Centenos ſimul accubit⁹ inire ſodales:
Seqȝ ꝑ innumeras infundūt agmina menſas
Piſciculis (iam crede deum) ſaturāda duobus
Et paucis creſcēte cibo ꝑfragmina cruſtis.
Ambeſis dapib⁹ cumulatim aggeſta redundāt
Fercula: bis ſenos micarꝝ molibus implēt
Poſt cęnam cophinos: crudus cōuiua reſudat

Congeriem ventris. gemit ⁊ ſub faſce miniſter.
Quis cumulare poteſt epulas in prandia paruas?
Quis? niſi qui corp⁹ paſtumq; ⁊ corꝑis omnem
Cōdens ex nihilo. nulla exiſtēte creauit
Mundū materia: nō ſicut ſculptor ab ęre
Crudam ⁊ inexcoctam cōſueſcit fingere maſſam
Sꝫ deus omnipotēs orbem ſine ſemine finxit:
Nil erat omne qđ eſt: nil id ꝓcedere ⁊ eſſe
Atq; nouū fieri. mox ⁊ grandeſcere iuſſum eſt.
Paruū de nihilo primū fuit: addita paruo
Incremēta modis auxerūt omnia plenis.
Ergo ego cum videam manib⁹ ſic creſcere chriſti
Parua alimēta hoīm: poſſum dubitare ꝑ ipſum
Exiguas reꝝ ſpecies. elemētaq; mundi
Ex nihilo primū modica. ⁊ mox grādia ſenſim
Creuiſſe et modicis. quę cōſummata videm⁹.
Ac ne poſt hoīm paſtus calcata perirent
Ne ve relicta lupis aut vulpib⁹. exiguiſve
Muribus in prędā nullo cuſtode iacerēt
Bis ſex appoſiti cumulatim qui bona chriſti
Seruarēt grauidis ꝓcul oſtētata caniſtris.
Sꝫ quid ego hęc aiūt titubanti voce retexo
Indign⁹ qui ſancta canam? ꝓcede ſepulcro
Lazare. dic cui⁹ vocem tellure ſub ima
Audieris: quę vis penetrauerit vltima lęti
Qđ: cum te chriſt⁹ penitus nigrante ꝓfundo
Immerſum vocat vt rideas: ceu primus audis
Nec remorat⁹ ades: quę tam vicina carybdis
Regna tenebraꝝ tenui diſtātia fine
Cōiungit ſuperis: vbi trenara triſticia vaſto
In pręceps deiecta chao: latebroſus ⁊ ille

Amnis inexpletis voluens incēdia ripis.
Ante fores tumuli. quas ſaxa īmania duro
Obice dannarūt ſcopulis ſubſtructa cauatis.
Stat dn̄s: nomē qꝫ ciet frigētis amici:
Nec mora. funereus reuolutis rupibꝰ horror
Euomit exequias gradiēte cadauere viuas.
Soluite iam lętę redolētia vincula ſorores
Solus odor ſparſi ſpiramen aromatis efflat
Nec de corporeo nidorem ſordida tabo
Aura refert: oculos ſanie ſtillāte ſolutos
Priſtinꝰ in ſpeculum decor excitat: ⁊ putrefactas
Tincta rubore genas paulatim purpura veſtit.
Quis potuit fluidis aīam ſuffundere membris?
Nimiꝝ qui membra dedit. qui fictilis alui.
Perflauit venam madidā. cui tabida gleba
Traxit ſanguineos infecto humore colores.
O mors auritis iam mitis legibꝰ. o mors
Surda prius. iam docta ſequi quęcūqꝫ iubētur
Cui tantū de te licuit: cōuicta fatere
Eſſe deū (ſolus q̄ me tibi prȩripit) ieſum.
Abde negatores chriſti (nemo inuidet) abde:
Utere ſorte tua blaſphęmis nocte tenēdis
Perpetua: plebem iuſtoꝝ capta reſolue
Qui norūt hoīem atqꝫ deum ſic dicere chriſtū
Ut verus ſummuſqꝫ deꝰ mortalia geſtet
Ipſe gerit qd̓ ſtruxit opꝰ: nec ferre pudeſcit
Factor qd̓ peperit (corpꝰ liquor atqꝫ aīę vim)
Finxerat hoc digitis: aīam ſufflauerat ore:
Totum hoīem deꝰ aſſumit. quia totus ab ipſo eſt
Et totum redimit quem ſumpſerat: omne reducēs
Quicquid homo eſt. iſtud tumulis: aſt iſtud abyſſo.

¶ De natura animę.

Ccurrit dubitās hic diſſertator: et illud
Obijcit. an ne fides capit. vt ſubſtātia flante
Inſpirata deo cruciatum ſentiat: atqꝫ
Inferni petat ima poli. baratroqꝫ coquatur
Credo aīam nō eſſe deum: ſʒ credo creatis
Maiorem cūctis. ipſam q̊ʒ credo creatam
Formata eſt nāqꝫ ore dei quę nō erat ante
Sʒ formata habitu pulcherrima. pictaqꝫ rebus
Diuinis. ⁊ plena deo. ſimiliſqʒ creanti:
Nō tamen ipſa deꝰ: qm̄ generatio nō eſt
Sʒ factura dei eſt: ſolus de corde parētis
Filiꝰ emicuit. verus deꝰ ille: ſed iſtud
Collatū eſt aīę. ſubito vt quę nō erat eſſet.
Ille coeternꝰ patri eſt. ⁊ ſemꝑ in ipſo eſt.
Nō factꝰ. ſed natꝰ habet quodcūqʒ paternū eſt
Nec ſilis velut vmbra dei eſt. ſic ipſe locutꝰ
Factor. vtroqʒ hoīem meditās de figmine iunctū
Edificare ſibi ſimilē: ſed nō habet vmbra
Qđ corpꝰ ſolidum. cuiꝰ ſimilatio in vmbra eſt
Atqʒ aliud verū eſt: aliud ſimilatio veri.
Eſt ſimilis: ſęculis quia nō conſumitur vllis
Qđ ſapiēs. iuſtiqʒ capax. reginaqʒ rerū
Imperat: ante videt: ꝓpendit. p̄ęcauet. inſtat
Verborū morūqʒ opifex: inſtructaqʒ mille
Artibꝰ. ⁊ cęlum ſenſu percurrere docta.
His aīam ſimilē ſibi cōditor effigiauit
Cętera diſſimilē: quippe hāc cōprendere promptum eſt
Quā modꝰ ac ſpecies determīat. at deꝰ ingens
Atqʒ ſuꝑfuſus trans oīa. nil habet in ſe
Externū. vt claudi valeat ſenſu ve teneri.

Incōprenſa manet ꝟtus cui linea deſit
Ultima. quam ſpacium nō menſurabile tendit.
Ergo aīam factam. magno ⁊ factore minorem
Maioremqꝫ alijs. atqꝫ omnibꝰ imperitātem
Corruptela putris naſcentē turbida carnis
Cōcipit. ac membris tabentibꝰ interfuſam
Participat vt fece ſua: fex mixta deinde
Peccati. natura luti cum ſimplice flatu.
Sꝫ fortaſſe aīam (dn̄i quia fluxit ab ore)
Cōpoſitam factāqꝫ negas: velut ipſa dei pars
(Qđ dictu ſcelus eſt) tetras trahat oblita curas
Et peſſum damnata ruens. chaos intret opertum
Sit res illa dei: nō abnuo: pars tamē illa
Haud quaqꝫ dicēda dei eſt quę tp̄e cępit
Nec prior aut ſenior quā primū plaſma putāda eſt.
Tūc eteni factam video. cū cordis amici
Intrauit germana domū. limiqꝫ recentis
Hoſpita ⁊ ipſa recēs fraterna ſedit in aula.
Illa quidē flatus dn̄i eſt: ſꝫ ſpiritus ⁊ vis
Nō eſt plena dei tāto moderamine miſſa
Quāto flans voluit flādi ſeruare tenorem.
Eſt impoſſibile ſpectare ꝓfunda ſabaoth
Sꝫ ſpeculum deitatis homo eſt. in corꝑe diſcas
Nō rem corporeā ſollers interp̄te chriſto
Qui patrem ꝓprium mortali in corꝑe monſtrat
Reſpice quā varios fundamꝰ ab ore vapores
Spiramꝰ quotiens aīę ſufflabilis auras
Nūc flatum tepidum calor exalatꝰ anhelat
Rorātes nebulas vdis de faucibꝰ efflans
Cum libet in gelidū flabrali frigore ventum
Spiritus exiſtit tenuiſqꝫ exſibilat aer

Adde et diſtinctum quem muſica tibia flatum
Cōcipit. aut ille eſt preſſo modulamine parcus
Aut tumidū largo ſublimat flamine bombū
Aut raucos frangit modulos. aut lene ſuſurrat
Aut murmur tenerꝫ ſuccidit voce minuta
Aut exile trahens ſonitꝰ producit acutos.
Hęc cum te videas mortali in corpore poſſe
Cur nō ęternū potuiſſe infundere credas
Qualem animam voluit? pręſcriptis quam quia condens
Efflauit fuditqꝫ modis. ſit facta neceſſe eſt.
Deniqꝫ multa ſapit. ſed nō ſapit oīa. noſtrę
Vis animę. certum ſapere ac p̄noſcere iuſſa.
Jam cui certꝰ ineſt modꝰ. ⁊ cui poſſe negatū eſt
Omnia. factura eſt: nam cōdita ⁊ aucta ꝓbatur
Collige. diſſimilis ſit ne hęc factura creanti?
Nempe manus dn̄i corpꝰ mortale lutumqꝫ
Cōpoſuit digitis. nunqd manꝰ articulatim
Eſt digeſta dei? nunqd vola? nunqd ⁊ vngues
Claudere flexibiles: patulam ſeu tendere palmā?
Jſta figura manꝰ noſtrę eſt: quam nō habet in ſe
Jncircūſcriptus dn̄s. ſꝫ tradita forma eſt
Humanis quę nota animis daret intellectum
Ut ꝑ corpoream ſpeciē plaſmaſſe feratur
Corpis effigiem: ſic eſt plaſmata viciſſim
Flatu incorporeo res flabilis: oris ⁊ eſſe
Fertur opus. tenuis ꝑ quod cōſtructa refulſit
Forma aīę. atqꝫ rudi factam ſe munere ſenſit
Si nō eſt factura manꝰ. caro nr̄a: nec oris
Eſt factura aīa. flatu ⁊ ſpiramine cępta
Jnqꝫ locum deducta aliquē: nāqꝫ omne qd̕ hora
Natalis ꝓfert. locus accipit: et locus vllus

Qđ cohibere poteſt. modicū eſt nec in oīa fuſum
Et qđ tam modicū eſt vt certa in ſede locetur
Jam titubare pt: ⁊ qđ titubauerit. intra
Naturā vicij eſt: vicioſum deniqꝫ triſtem
Decidit in pęnā. deus hoc (mihi credite) nō eſt.
Aut ſi maieſtas aīę eſt. oſtēdite quid ſit
Qđ lapſam chriſti qꝫ inopem noua grā mūdat?
Spūs ⁊ ſanctꝰ baptiſmate iuſtificātem
Nobilitat. famuleqꝫ decus qđ defuit addit?
Qđ quia pręſtatur meritis. meritiſqꝫ negatur.
Abſurde fertur deꝰ aut pars eſſe dei: quę
Diuinū ſummūqꝫ bonum de fonte perenni
Nūc bibit obſeqo. nūc culpa aut crimīe ꝑdit.
Et modo ſuppliciū recipit. modo libera calcat
Miraris peccare aīam quę carne coactam
Sortita eſt habitare domū: cum peccet ⁊ ipſe
Angelꝰ. hoſpicium q̄ neſcit adire caducum
Gratis tabiflue peccat quia factꝰ ⁊ ipſe eſt
Nō genitꝰ: quocūqꝫ modo ſit factꝰ. id vnus
Scit factor dñs. factū (mihi crede) fatiſcit.
Solus labe caret peccati. cōditor orbis.
Ac genitor genituſqꝫ deꝰ pater ⁊ patre natus
Solꝰ ⁊ exceptus tormētum admittere triſte
Jnuiolatꝰ agit. nec quicꝙ ſentit acerbi.
Exortē dic eſſe aīam crucis atqꝫ doloris
Si culpę īmunem vacuamqꝫ a crimine noſti.
Quę peccare valet. valet ⁊ ſuccūbere pęnę
Jpſa quidem ſincera fuit dum cōditur olim
Quę collata rudem fecit inuiſcere limū
Utpote de liquido naturę ſemine primos
Accipiens habitus. ſuperoqꝫ expreſſa ſereno

Sꝫ mox vt grauido iuſſa eſt innectier aruo
Suauib⁹ illecebris nimiũ blandita refrixit
Deqꝫ volutabris p̃cioſum polluit ignem
Dum trãſgreſſa dei poſitũ fas improba calcat.
Hęc prima eſt natura aię. ſic cõdita ſimplex
Decidit in viciũ p̱ ſordida fędera carnis.
Exin tincta mala peccamĩe principis adę
Infecit gen⁹ omne hoĩm quod pullulat inde
Et tenet ingenitas aĩaꝝ infantia in ortu
Primi hoĩs maculas: nec quiſquã naſcitur inſons.
Vitandus tñ error erit: ne traduce carnis
Trãſfundi in ſobolem credatur fons animaꝝ.
Sanguis exemplo cui texta ꝓpagine vęna eſt
Nõ aĩas animę pariũt: ſed lege latẽti
Fundit op⁹ natura ſuũ. q̃d paruula anhelẽt
Vaſcula. vitaliſqꝫ aſſit ſcintilla coactis
Quę ꝯ̃uis infuſa nouũ penetret noua ſemper
Figmẽtum. vetus illa tamẽ de crimine auoꝝ
Dicitur: illata qm̃ concreta veterno eſt
Inde ſecũda redit generatio. ⁊ inde lauatur
Naturę illuuies. iterũqꝫ renaſcimur intus
Perfuſi. vt veterem ſplendẽs aĩa exuat adam.
Quę quia materiẽ peccati. ex fomite carnis
Cõſociata trahit. necnõ ſimul ipſa ſodali
Eſt incentiuũ peccamĩs: implicat ambas
Vindex pęna reas. peccãtes mente ſub vna
Peccãdiqꝫ cremat ſocias cruciatibus ęquis.
His crucib⁹ chriſtus nos liberat incorruptę
Matris. ⁊ innocui geſtator corpis vnus.
Naturam pęnę expoſitam. ſed non viciorum
Naturam expoſitam contactib⁹. induit ieſus:

Atqꝫ ideo penę nil debuit intemeratus
Fraude carēs omni. culpaꝝ aſpergine liber.
Quid peccatoꝝ ꝓpia corꝑe in illo
Quid chriſti membris peccati ſęua ſatelles
Pęna ageret? qd mors homini ſine crimine poſſet?
Nimiꝝ caſſis conatibꝰ ⁊ ſine neruis
Cōcideret ſterilis peccati fomite nullo
Mors alitur culpa: culpā qui nō habet. ipſo
Paſtus defectu. mortem cōſumit inanem
Sic mors in dn̄i cōſumpta eſt corꝑe chriſti
Sic perijt ſolitum dum nō habet arida paſtum.
Suſcipe quapropter ſolū inculpabile numen
Virtutem patris ⁊ chriſti: ⁊ iam deſine noſtrę
Inuidiā conflare aię. ꝙ ſit deꝰ. aut ꝙ
Porcio parua dei: cum chriſto abſcidere quicquā
Et reſecare deo partē. vel carpere tantum
Numen. nō liceat. plenum ſibi ſemper et in ſe

¶ Aduerſus fantaſticos qui chriſtum negant in carne veniſſe.

St operepreciū nebuloſi dogmatis vmbram
Prodere: quam tenues athomi cōpage minuta
Inſtituūt. ſed caſſa cadit. ventoqꝫ liqueſcit
Aſſimilis: fluxu nec ſe ſuſtētat inani:
Aereū manichęus ait ſine corꝑe vero
Peruolitaſſe deum mēdax fantaſma. cauamqꝫ
Corꝑis effigiem nil cōtractabile habentem.
At primū ſpecta: an deceat quicq̄ ſimulatum
Aſſignare deo? cuiꝰ mera gloria falſi
Nil recipit. membris hic ſe fallacibꝰ aptans
Fingeret eſſe hoīem ventoſa ſubdolus arte:
Mentitus totiens: cum diceret inueteratis

Do veniam morbis: ſimul ⁊ peccata remitto.
Fili⁹ ⁊ hominis. peſtem qui pellere carnis
Et ſceleꝝ nexus laxare ⁊ ſoluere poſſit
Surge valens. ſurge. innocuuſqꝫ attolle grabatum
Filius hoc hominis iubeo: dign⁹ ne videtur
Qui teſtis tibi ſit: ſeqꝫ ac ſua carnea norit?
Quid cum diſcipulos: hominis quid fili⁹ eſſet
Paſſurus: fido iam pręſcius ore monebat?
Nonne fatebatur ſecum ꝟtute paterna
Eſſe hoīem veꝝ? quid ſi nō credo feſellit.
Si natura dei quę ſit manichęe requiris
Omne qđ eſt veꝝ eſt: nam ſi mēdoſus agit quid
Nec deus eſt: mendū diuinus nō capit vſus.
Obijcis ęterno dño ꝙ lubricus ad vos
Venerit. aſſimulās aliud quā verus habebat
Obmuteſce furor: linguā canis improbe morde
Ipſe tuam. lacero cōſumens verba palato.
Latranti obſiſtat matheus. rabiemqꝫ refellat
Qui notat omne genus carnalis ſtirpis. aduſqꝫ
Corporeum chriſtum. per ſex ſeptena viroꝝ
Nomina deſcendēs. ⁊ venam ſanguinis alti
Ex atauis longo texens ꝑ ſtemmata ſtilo.
Septim⁹ ebdomadę venit ſuꝑaddere ſextę
Hunc numeꝝ chriſtus. placidum qui cōficit annum
Cuncta remittētem cōtractibus illaqueata
Multimodis. hoīemqꝫ hoīs de morte leuātem.
Imꝑfectus em̄ limus mortalis erat tūc
Vix ſolus perfect⁹ adeſt atqꝫ integer ieſus
Cui nil ex ſeptem ſeptenis defuit. ex quo
Perficeret mortale gen⁹ virtute perenni.
Hic ille eſt nobis qui ſeptima ſabbata cōplet

Ut caro noſtra deo tandem ſociata quieſcae
Quam bis terna malis vexabāt ſabbata noxis.
Curramꝰ notis gradibus. regūqꝫ ſequamur
Progeniem. chriſtum inuenies de carne parētum
Effluxiſſe hoīem. qui ſit de ſemine dauid
Stirpe recēſita numerandꝰ ſanguinis hęres.
Quid cum ſanctiloquus reuoluto germine lucas
Surſum verſus agit ſeriem. ſcandēte nepotis
Corꝑe. perqꝫ atauos curſum relegente vetuſtos.
Septenos decies chriſtꝰ conſcendit in ortus
Et duo. nam totidem doctores miſit in orbem
Deſcēſus naſcendo gradꝰ. redeundo retexit
Actus aduſqꝫ apicem terreni corꝑis adam.
Inde parens deitas recipit ſua noſtraqꝫ mixtim.
Fitqꝫ dei ſummi ꝑ chriſtum filiꝰ adam
Reſtat vt aeream pingas ab origine gentem
Aereos ꝓceres. Leui iudam. ſymeonem
Aereum dauid. magnoꝝ corꝑa regum
Aerea. atqꝫ ipſam fęcūdę virginis aluū
Aere fallaci nebuliſqꝫ ⁊ nube tumentem.
Vaneſcat ſanguis ꝑflabilis. oſſa liqueſcāt
Mollia. neruoꝝ pereat textura volātum.
Omne qđ eſt geſtum. nothus auferat irritus. aurę
Diſperdant tenues: ſit fabula ꝙ ſumus omnes.
Et quid agit chriſtꝰ ſi me nō ſuſcipit? aut quis
Liberat infirmū: ſi dedignatur adire
Carnis onus. manuūqꝫ horret monimenta ſuarum.
Indignū ne putet luteum conſciſcere corpꝰ?
Qui nō indignum quondā ſibi credidit ipſum
Pertractare lutū: cum vás cōponeret arua
Mondum viſcereo. ſed inertis glutine limi

Impreſſoqꝫ putres ſub pollice duceret artus.
Tantus amor terrę eſt tãta eſt dilectio noſtri.
Dignatur. pręcpinguis humi cõprendere mollem
Diuinis glebã digitis. nec ſordida cenſet
Hęrentis maſſę cõtagia: iuſſerat vt lux
Cõficeret. facta eſt vt iuſſerat: oĩa iuſſu
Imperitãte nouas traxerũt ędita formas.
Solus homo emeruit dñi formabile dextra
Os capere. ⁊ fabro deitatis figmine naſci.
Quorſum igitur limo tãta indulgẽtia noſtro
Cõtigit: vt dñi manibꝰ calcatus. honora
Arte ſacer fieret. tactu iam nobilis ipſo.
Decrerat chriſtũ quoniam deꝰ incorrupto
Admiſcere ſolo. ſanctis quod fingere velle
Dignũ habuit digitis ⁊ chaꝝ cõdere pignus.
Deſtituit natura quidẽ deſtructa coactę
Telluris formã. mortiqꝫ obnoxia ceſſit
Sꝫ natura dei nunqꝫ ſoluenda. caducam
Tellurem nr̃o viciatam primitꝰ vſu
Eſſe ſuam voluit. ne iam viciabilis eſſet.
Chriſtꝰ noſtra caro eſt. mihi ſoluit. ⁊ mihi ſurgit.
Soluor morte mea. chriſti ꝟtute reſurgo.
Cum moritur chriſtꝰ. cum flebiliter tumulatur
Me video: e tumulo cũ iam remeabilis aſtat
Cerno deum. ſi membroꝝ fantaſma meoꝝ eſt
Et fantaſma dei eſt. mendax in vtraqꝫ neceſſe eſt
Sit chriſtꝰ ſpecie. ſi chriſtꝰ fallere nouit.
Si nõ verus homo eſt quẽ mors hoiem ꝓbat ipſa
Nec verus deꝰ eſt operis quẽ gloria ꝓdit
Eſſe deum: vel crede mori. vel adeſſe refelle
Et gemina veꝝ chriſtum ratione negato.



BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS

Nam quid magnificum: ſi non eſt mortuus ieſus:
Et redit. illa dei virtus memorabilis eſt. vt
Occiſus redeat ſuperis. ſurgatq; ſepultus.
Quiſq; deum chriſtũ vult dicere: dicat eundem
Eſſe hoĩem. ne maieſtas ſua fortia perdat.

De reſurrectione carnis humanę.

N Oſco meũ in chriſto corp⁹ cõſurgere: q̃d me
Deſperare iubes: veniã quib⁹ ille reuenit
Calcata de morte vijs. q̃d credim⁹ hoc eſt
Et tot⁹ veniam: nec ẽm minor aut alius. quam
Nũc ſum. reſtituar. vult⁹ vigor ⁊ color idem
Qui modo viuit erit: nec me vel dente vel vngue
Fraudatũ reuomet patefacti foſſa ſepulcri
Qui iubet vt redeã. nõ reddet debile quicq̃
Nã ſi debilitas redit. inſtauratio nõ eſt
Q̃d caſus rapuit q̃d morb⁹ q̃d dolor hauſit
Q̃d trũcauit edax ſeniũ populãte veterno
Omne reuertẽti reparata in membra redibit.
Debet ẽm mors victa fidem: nec fraude ſepulcri
Reddet curtum aliq̃d: q̃uis iam curta vorarit
Corpa. debilitas tñ ⁊ violẽtia morbi
Virt⁹ mortis erit reddat q̃d particulatim
Sorbuerat quocũq; modo. nec mortuus omnis
Nõ rediet ſi q̃d pleno de corpe deſit.
Pellite corde metum mea membra. ⁊ credite vos met
Cum chriſto reditura deo: nam vos gerit ille
Et ſecum reuocat. Morbos ridete minaces:
Inflictos caſus cõtemnite: tetra ſepulcra
Deſpuite: exurgẽs quo chriſtus ꝓuocat. ite.

Finit Apotheoſis

¶ Aurelij Clementis Prudentij In pſychomachiã Id eſt librum de cõpugnãtia anime. Prologꝰ incipit feliciter ¶ Metrũ Jambicũ.

Enex fidelis prima credendi via eſt
Abram. beati ſemĩs ſerus pater
Adiecta cuiꝰ nomen auxit ſyllaba
Abram parenti dictus abraam deo.
Senile pignus q̃ dicauit victimę
Docens ad aram cum litare quis velit
Quod dulce cordi q̄d pium quod vnicum
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nos met cum ꝓphanis gentibus
Suaſit: ſuũqꝫ ſuaſor exemplum dedit
Nec ante ꝓlem cõiugalem gignere
Deo placentem matre ꝟtute editam
Quam ſtrage multa bellicoſus ſpiritus
Portenta cordis ſeuientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth ĩmorantem criminoſis vrbibus
Sodomę ⁊ gomorrę. quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis glorię.
Abraam ſiniſtris excitatus nuncijs
Audit ꝓpinquũ ſorte captum bellica
Seruire diris barbaroꝝ vinculis.
Armat tercentos terqꝫ ſenos vernulas
Pergant vt hoſtis terga euntis cędere
Quem gaza diues ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copijs.
Quin ipſe ferꝝ ſtringit. ⁊ plenus deo
Reges ſuperbos mole prędarum graues

Pellit fugatos. ſauciatos ꝓterit
Frãgit cathenas ⁊ rapinam liberat
Auꝝ. puellas. paruulos. monilia
Greges equaꝝ. vaſa. veſtes. buculas.
Loth ipſe ruptis expedit⁹ vinculis
Attrita bois colla liber erigit.
Abraam triumphi diſſipator hoſtici
Redit recepta ꝓle fratris inclitus:
Nequa fidelis ſanguinis proſapiam
Vis peſſimorum poſſideret principum:
¶ Adhuc recentem cęde de tanta virum
Donat ſacerdos ferculis celeſtib⁹
Dei ſacerdos. rex ⁊ idem prępotens:
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta. nullũ prodit auctorem ſui
Melchiſedech qua ſtirpe. quis maioribus
Ignotus. vni cognitus tantum deo.
Mox ⁊ triformis angelorum trinitas
Senis reuiſit hoſpitis mapalia:
Et iam victa ſara in aluo fertilis
Munus iuuentę mater exanguis ſtupet
Hęrede gaudens ⁊ cachinni pęnitens:
¶ Hęc ad figuram eſt pręnotata linea
Quam noſtra recto vita reſculpat pede
Vigilandum in armis pectoꝝ fidelium
Omnemqꝫ noſtri portionem corporis
Quę capta fędę ſeruiat libidini
Domi coactis liberandam viribus:
Decet nos large vernularum diuites
Si quid trecenti bis nouenis additis
Poſſint figura nouerimus ſub myſtica.

Mox ipſe chriſtus qui ſacerdos verus eſt
Parẽte natꝰ alto ⁊ ineffabili
Cibum beatis offerẽs victoribꝰ
Paruam pudici cordis intrabit caſam
Monſtrãs honorẽ trinitatis hoſpitę.
Animã deinde ſpũs complexibus
Pię maritam ꝓlis expertem diu
Faciet perenni fertilem de ſemine
Tunc ſera dotem poſſidens puerpera
Hęrede digno patris implebit domũ

## ¶ Imploratio ad chriſtum pro ſpiritualis militię auxilio.

Hriſte graues hoĩm ſemꝑ miſerate labores
Qui patria ꝟtute cluis ꝓpriaqꝫ. ſꝫ vna.
Unũ nãqꝫ deum colimꝰ de nomĩe trino
Non tñ ⁊ ſolũ: qꝛ tu deꝰ ex patre chriſte.
Diſſere rex noſter quo milite pellere culpas
Mens armata queat nr̃i de pectoris antro.
Exoritur quotiẽs turbatis ſenſibus intus
Sedicio: atqꝫ aĩm morboꝝ rixa fatigat
Qđ tũc pręſidiũ ꝓ libertate tuenda?
Quęve acies furijs inter p̄cordia mixtis
Obſiſtat meliore manu? nec ẽm bone ductor
Magnaꝝ ꝟtutum inopes. neruiſqꝫ carẽtes
Chriſticolas vicijs populãtibꝰ expoſuiſti.
Ipſe ſalutiferas obſeſſo in corꝑe turmas
Depugnare iubes: ipſe excellentibꝰ armas
Artibꝰ ingeniũ. quibꝰ ad ludibria cordis
Oppugnãda potẽs tibi dimicet ⁊ tibi vincat
Uincendi ratio eſt pñs. ſi cõminus ipſas
Uirtutũ facies. ⁊ colluctãtia cõtra

Viribus infeſtis liceat portēta notare:

¶ De Fide et Idolatria.

Rima petit campū dubia ſub ſorte duelli
Pugnatura fides: agreſti turbida cultu
Nuda humeros. intonſa comas. exerta lacertos
Nāqȝ repētinus laudis calor ad noua feruens
Pręlia: nec tęlis meminit nec tegmine cingi.
Pectore ſȝ fidēs valido. membriſqȝ retectis
Prouocat inſani frangēda pericula belli.
¶ Ecce laceſſentē collatis virib⁹ audet
Prima ferire fidem veterꝝ cultura deoꝝ.
Illa hoſtile caput. falerataqȝ tp̄a vittis
Altior inſurgēs labefactat. ⁊ ora cruore
De pecudū ſaciata ſolo applicat. ⁊ pede calcat
Eliſos in morte oculos. aīamqȝ malignā
Fracta intercępti cōmercia gutturis arctāt
Difficilemqȝ obitū ſuſpiria lōga fatigāt.
Exultat victrix legio: quā mille coactam
Martyrib⁹ regina fides animarat in hoſtem.
Tūc fortes ſocios parta ꝓ laude coronat
Florib⁹. ardētiqȝ iubet veſtirier oſtro:

¶ De pudicitia atqȝ libidine

Xim gramineo in cāpo cōcurrere ꝓmpta
Virgo pudicitia ſpecioſis fulget in armis.
Quā patrias ſuccincta faces zodomita libido
Aggreditur: piceāqȝ ardēti ſulphure pinū
Ingerit in faciē. pudibūdaqȝ lumina flāmis
Appetit: ⁊ tetro temptauit ſuffundere fumo.
Sȝ dextrā furię flagrātis ⁊ ignea dirę
Tęla lupę. ſaxo ferit imperterrita virgo
Excuſſaſqȝ ſacro tędas depellit ab ore

Tūc exarmatę iugulū meretricis adacto
Trāſfigit gladio: calidos vomit illa vapores
Sanguine coenoſo cōcretos. ſpirit⁹ inde
Sordidus exhalās vicinas polluit auras.
¶ Hoc habet (exclamat victrix regina) ſupremus
Hic tibi finis erit: ſemꝑ proſtrata iacebis
Nec iā mortiferas audebis ſpargere flāmas
In famulos famulaſqꝫ dei. quib⁹ intima caſti
Uena animi ſola feruet de lampade chriſti.
Te ne o vexatrix hoīm potuiſſe reſumptis
Uirib⁹. extincti capiti recaleſcere flatu
Aſſyriū poſtq̄ thalamū ceruix olofernis
Cęſa cupidineo madefactū ſanguine lauit:
Gemmatūqꝫ thorꝫ mechi ducis aſpera iudith
Spreuit. ⁊ inceſtos cōpeſcuit enſe furores
Famoſum mulier referēs ex hoſte trophęum
Nō trepidāte manu. vindex mea. celit⁹ audax
At fortaſſe parꝫ fortis matrona ſub vmbra
Legis adhuc pugnās dum tpa nr̄a figurat
Uera quib⁹ virtus terrena in corpa fluxit
Grande ꝑ infirmos caput exciſura miniſtros.
Nunqd ⁊ intactę poſt partū ꝟgis. vllum
Fas tibi iam ſupeſt? poſt partū ꝟginis? ex quo
Corpis humani naturā priſtina origo
Deſeruit: carneqꝫ nouā vis ardua ſeuit
Atqꝫ innupta deum cōcępit fęmina chriſtū
Mortali de matre hoiem: ſed cū patre numen
Inde oīs iam diua caro eſt quę cōcipit illum
Naturāqꝫ dei cōſorti fędere ſumit.
Uerbū quippe caro factū non deſtitit eſſe
Qđ fuerat: ꝟbū dum carnis glutinat vſum

Maieſtate quidē non degenerāte per vſum
Carnis. ſȝ miſeros ad nobiliora trahēte
Ille manet qđ ſemꝑ erat. qđ non erat eſſe
Incipiēs. nos quod fuimꝰ iam nō ſumꝰ. aucti
Naſcēdo in meliꝰ. mihi cōtulit ⁊ ſibi māſit
Nec deꝰ ex nr̄is minuit ſua: ſȝ ſua noſtris
Dum tribuit nos met dona ad celeſtia vexit:
Dona hec ſunt: ꝙ victa iaces lutulēta libido
Nec mea poſt mariā potis ēs ꝯſtringere iura.
Tu princeps ad mortis iter: tu ianua leti
Corpora cōmaculas. aīas in tartara mergis.
Abde caput triſti iam frigida peſtis abyſſo
Occide ꝓſtibulū. manes pete. claudere auerno
Inqȝ tenebroſum noctis detrudere fundū
Te voluāt ſubter vada flāmea. te vada nigra
Sulphureuſqȝ rotet ꝑ ſtagna ſonātia vortex
Nec iam chriſticolas furiaꝝ maxima temptes
Vt purgata ſuo ſeruētur corꝑa regi.
¶ Dixerat hec. ⁊ leta libidis interfecte
Morte pudicitia. gladiū iordanis in vnda
Abluit infectū: ſanies cui rore rubenti
Heſerat. ⁊ nitidū macularat vulnere ferꝝ.
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
Victricem victrix: abolēs baptiſmate labem
Hoſtilis iuguli: nec iam cōtenta piatum
Condere vagine gladiū (ne tecta rubigo
Occupet ablutū ſcabroſa ſorde nitorem)
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Cōſecrat: eterna ſplendēs vbi luce coruſcet.

¶ De Patientia et Ira

Ecce modeſta graui ſtabat patiētia vultu

Per medias īmota acies. varioſq; tumult⁹
Vulneraq; et rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat. defixa oculos. et lenta manebat
Hāc ꝓcul ira tumēs ſpumāti feruida rictu
Sanguinea intorquēs ſuffuſo lumina felle
Vt belli exortem. teloq; ⁊ voce laceſſit.
Impatiēſq; moręː conto petitː increpat ora.
Hirſutas quatiēs galeato in vertice criſtas
En tibi martisː aitː ſpectatrix libera noſtri
Excipe mortiferꝝ ſecuro pectore ferrumː
Ne doleasː quia turpe tibi gemuiſſe dolore.
Sic aitː ⁊ ſtridēs ſequitur cōuicia pinus
Per teneros criſpata nothos. ⁊ certa ſub ipſum
Defertur ſtomachūː rectoq; illiditur ictu.
Sed reſilit duro loricę excuſſa repulſu.
Prouida nam v͛tus cōſerto adamāte trilicem
Induerat thoraca humeros. ſquamoſaq; ferri
Texta per intortos cōmiſerat vndiq; neruos.
Inde quieta manet patiētia fortis ad omnes
Teloꝝ nymbosː ⁊ nō penetrabile durās
Nec mota eſt iaculo mōſtri ſine more furētis
Opperiēs ꝓprijs perituram virib⁹ iram.
Scilicet indomitos poſtq; ſtomachādo lacertos
Barbara bellatrix impēderat. ⁊ iaculoꝝ
Nube ſuꝑuacuā laſſauerat irrita dextram
Cum ventoſa leui cecidiſſent tela volatu
Ictib⁹ ⁊ vacuis haſtilia fracta iacerēt
Vertitur ad capulū man⁹ improba. ⁊ enſe coruſco
Cōniſa in plagā. dextra ſublimis ab aure
Erigitur. mediūq; ferit librata cerebꝝ.
Erea ſed cocto caſſis formata metallo.

Tinnitū ꝑcuſſa refert: aciēqꝫ retundit
Dura reſultātem. frāgit q̄z vena rebellis
Illiſum chalybē. dum cedere neſcia, caſſis
Excipit aſſult⁹. ferīcti ⁊ tuta reſiſtit.
¶ Ira vbi trūcati mucronis fragmina vidit
Et ꝓcul in ꝑtes enſem crepuiſſe minutas
Iam capulū retinēte manu ſine pōdere ferri
Mentis inops. ebur infęlix. decoriſqꝫ pudēdi
Perfida ſigna abiicit. monumētaqꝫ triſtia lōge
Spernit: ⁊ ad ꝓprium ſuccēditur effera lętum.
Miſſile de multis q̄ fruſtra ſparſerat vnū
Puluere de campi ꝑuerſos ſummit in vſus
Raſile figit humi lignū: ac ſe cuſpide verſa
Perfodit. ⁊ calido pulmonē vulnere trāſit.
Quam ſuꝑ aſſiſtēs patiētia. vincim⁹ (inquit)
Exultās viciū ſolita ꝟtute. ſine vllo
Sanguis ac vitę diſcrimine: lex habet iſtud
Noſtra gen⁹ belli. furias omnemqꝫ maloꝝ
Militiā. ⁊ rabidas tolerādo extinguere vires.
Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania. ſeqꝫ furēdo
Interimit: moriturqꝫ ſuis ira ignea tęlis.
¶ Hęc affata. ſecat medias impune cohortes
Egregio comitata viro. nam ꝓximus iob
Hęſerat inuictę bella inter dura magiſtrę
Frōte ſeuerus adhuc. ⁊ multo funere anhelus
Sꝫ iam clauſa truci ſubridēs vlcera vultu
Perqꝫ cicatricū numeꝝ ſudata recenſens
Milia pugnaꝝ. ſua premia. dedec⁹ hoſtis.
Illū diua iubet tandē reqeſcere ab omni
Armoꝝ ſtrepitu: captis ⁊ ꝑdita quęqꝫ
Multiplicare opib⁹: nec iam peritura referre.

Ipſa globos legionū ꝛ cōcurrētia rumpit
Agmina vulniferos gradiēs intacta ꝑ imbres.
Omnib⁹ vna comes ꝟtutib⁹ aſſociatur
Auxiliūq; ſuū fortis patiētia miſcet.
Nulla anceps luctamen init ꝟtute ſine iſta
Virtus. nam vidua eſt quā non patiētia firmat.

¶ De Sup̄bia et humilitate.

Orte ꝑ effuſas inflata ſup̄bia turmas
Effreni volitabat equo. quē pelle leonis
Texerat: ꝛ validos villis onerauerat armos
Quo ſe fulta iubis iactātius illa ferinis
Inferret. tumido deſpectās agmina faſtu
Turritū tortis caput accumularat in altū
Crinib⁹: extructos augeret vt addita cirros
Cōgeries. celſumq; apicem frons ardua ferret.
Carbaſea ex humeris ſummo collecta coibat.
Palla ſinu. teretē nectēs a pectore nodum.
A ceruice fluens tenui velamīe limb⁹
Cōcipit infeſtas textis turgentib⁹ auras
Nec min⁹ inſtabili ſonipes feritate ſuperbit
Impatiēs madidis frenarier ora lupatis
Huc illuc frendēs obuertit terga. negata
Libertate fuge: preſſiſq; tumeſcit habenis
Hoc ſeſe oſtentās habitu ventoſa virago
Inter vtrāq; aciem ſupꝫminet. ꝛ faleratū
Circūflectit equū: vultuq; ꝛ voce minatur
Aduerſum ſpectās cuneū. quem milite raro
Et paupꝫtinis ad bella coegerat armis.
Mens humilis. regina quidē. ſz egens alieni
Auxilij: ꝓprio nec ſat cōfiſa paratu
Spem ſibi collegam cōiunxerat: ꝗdita cuius

Et ſuſpenſa ab humo eſt opulētia diuite regno.
¶ Ergo humilem poſtq̄ȝ male ſana ſuꝑbia mentem
Vilibꝰ extructā nullo oſtētamine tęlis
Aſpicit: in vocem dictis ſe fundit amaris.
Nō pudet o miſeri plebeo milite claros
Attemptare duces: ferroqȝ laceſſere gentem
Inſignem titulis: veteres cui bellica ꝟtus
Diuitias peperit: lętos ꝛ gramine colles
Imperio calcare dedit nūc aduena nudus
Nititur antiquos (ſi fas eſt) pellere reges.
En qui nr̄a ſuis in prędā cedere dextris
Sceptra volūt: en qui noſtros ſulcare nouales
Aruaqȝ capta manu popularier hoſpite aratro
Cōtendūt: duros ꝛ pellere marte colonos.
Nempe (o ridiculū vulgus) natalibꝰ horis
Totum hoīem. ꝛ calidos a matre amplectimur artus
Vimqȝ poteſtatum ꝑ mēbra recētis alumni
Spargimꝰ. ꝛ rudibꝰ dominamur in oſſibꝰ omnes.
Quis locꝰ in nr̄a tunc vobis ſede dabatur
Cōgenitis: cum regna ſimul ditionibꝰ ęquo
Robore creſcebāt. nati nā luce ſub vna
Et domꝰ ꝛ dn̄i paribuſqȝ adoleuimꝰ annis.
Ex quo plaſma nouū de cōſepto paradiſi
Limite ꝓgrediēs amplū trāſfugit in orbem
Pellicioſqȝ habitꝰ ſumpſit venerabilis adam
Nudꝰ adhuc. niſi nr̄a foret ꝑcepta ſecutꝰ.
Quis nam iſte ignotis hoſtis nūc ſurgit ab oris?
Importunꝰ iners. infęlix. degener amens
Qui ſibi tam ſceꝝ ius vendicat hactenꝰ exul?
Nimiꝝ vacuę credūtur friuola famę
Quę miſeros optare iubet qn̄qȝ futuri

Spem fortaſſe boni. lenta vt ſolatia mollem
Deſidiam pigro reꝝ medicamine palpet
Quid ni illos ſpes palpet iners? quos puluere in iſto
Tyrones bellona truci nõ excitat ęre?
Imbelleſqꝫ aĩos ꝟtus tepefacta reſoluit.
An ne pudiciciȩ gelidum iecur vtile bello eſt?
An teneꝝ pietatis opꝰ ſudatur in armis?
Quã pudet o mauors ꝛ ꝟtus cõſcia. talem
Cõtra ſtare aciem: ferroqꝫ laceſſere nugas
Et cum ꝟgineis dextram cõferre choreis.
Juſticia eſt vbi ſemꝑ egẽs. ꝛ pauꝑ honeſtas.
Arida ſobrietas. albo ieiunia vultu.
Sanguine vix tenui pudor interfuſus. apta
Simplicitas. ꝛ ad omne patẽs ſine tegmine vulnꝰ
Et ꝓſtrata in humũ: nec libera iudice ſeſe
Mens humilis. quam degenerẽ trepidatio ꝓdit
Faxo ego ſub pedibꝰ ſtipulaꝝ more teratur
Inualida iſta manꝰ. neqꝫ eñ perfringere duris
Dignamur gladijs. algenti ꝛ ſanguine feꝝ
Imbuere: fragiliqꝫ viros fędare triũpho.
Talia vociferãs rapidũ calcaribꝰ vrget
Cornipedẽ: laxiſqꝫ volat temeraria frȩnis
Hoſtem humilẽ cupiẽs impulſu vmbonis equini
Sternere: deiectamqꝫ ſuꝑcalcare ruinam
Sed cadit in foueã pręceps. quã callida forte
Fraus interciſo ſuffoderat ęquore furtim
Fraus deteſtãdis vicioꝝ e peſtibus vna
Fallẽdi verſuta opifex: quę pręſcia belli
Planiciem ſcrobibus violauerat inſidioſis
Hoſtili de parte latens. vt foſſa ruentes
Exciperet cuneos. atqꝫ agmina merſa voraret



SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Ac ne fallacem puteū deprędere poſſet
Clara acies: virgis adopertas texerat oras
Et ſup̄ impoſito ſimularat ceſpite campū.
At regina humilis q̄uis ignara. manebat
Ulteriore loco. nec adhuc ad fraudis opertū
Venerat: aut foueę calcarat furta malignę.
Hūc eques illa dolū (dum fertur p̄pete curſu)
Incidit: ⁊ cęcū ſubito patefecit hiatum
Prona ruētis equi ceruice īuoluitur. ac ſub
Pectoris impreſſu fracta īter crura rotatur.
At v̄tus placidi moderamīs. vt leuitatē
Proſpicit obtritā monſtri ſub morte iacētis
Intēdit greſſum mediocriter: os q̄ꝫ parce
Erigit: ⁊ comi moderatur gaudia vultu.
Cunctāti ſpes fida comes ſuccurrit. ⁊ offert
Ultorem gladiū: laudiſqꝫ inſpirat amorem.
Illa cruentatā correptis crinibꝰ hoſtem
Protrahit. ⁊ faciē lęua reuocāte ſupinat
Tum caput orātis flexa ceruice reſectum
Eripit. ⁊ madido ſuſpēdit colla capillo.
Extinctū vicium ſancto ſpes increpat ore.
¶ Deſine grande loqui: frāgit deꝰ omne ſuperbū
Magna cadūt. inflata crepāt. tumefacta p̄muntur
Diſce ſup̄ciliū deponere: diſce cauere
Ante pedes foueā quiſquis ſublime minaris.
Peruulgata viget noſtri ſentētia chriſti
Scādere celſa humiles ⁊ ad ima redire feroces
¶ Uidimꝰ horrēdum membris animiſqꝫ goliam
Inualida cecidiſſe manu: puerilis in illū
Dextera fundali torſit ſtridore lapillū.
Traiectāqꝫ cauo penetrauit vulnere frontem.

Ille minatꝛ. rigidus. iactās. truculētus. amarus
Dum tumet indomitū: dum formidabile feruet
Dum ſeſe oſtentat. clipeo dum territat auras
Expertus pueri q̇d pn̄t ludicra parui
Succubuit teneris bellator turbid⁹ annis.
Me tūc ille puer ꝟtutis pube ſecut⁹
Florētes aīos ſurſum ī mea regna tetēdit.
Seruatꝛ quia certa mihi dom⁹. omnipotētis
Sub pedib⁹ dn̄i: meq; ad ſublime vocātem
Victores ceſſa culpaꝝ labe capeſſunt.
Dixit. ⁊ auratis pſtringēs aera pennis
In cęlum ſe ꝟgo rapit: mirātur euntem
Virtutes. tollūtq; aīos in vota. volētes
Ire ſimul: ni bella duces terrena retardēt.
Cōfligūt vicijs. ſeq; ad ſua premia ſeruāt.

¶ De luxuria ⁊ ſobrietate.

Enerat occiduis mūdi de finib⁹ hoſtis
Luxuria. extinctę iā dudum ꝓdiga famę
Delibuta comas: oculis vaga: lāguida voce:
Perdita dęlicijs: vitę eſt cui cauſa voluptas
Elumbem mollire aīm: petulāter amęnas
Haurire illecebras: ⁊ fractos ſoluere ſenſus.
At tūc ꝑuigilem ructabat marcida cęnam
Sub lucem: qꝛ forte iacēs ad fercula raucos
Audierat lituos. atq; inde tepētia linquēs
Pocula. lapſanti ꝑ vina ⁊ balſama greſſu
Ebria calcatis ad bellū florib⁹ ibat.
Non tn̄ illa pedes ſʒ curru īuecta venuſto
Saucia mirantū capiebat corda viroꝝ
O noua pugnādi ſpecies: nō ales arundo
Neruo pulſa fugit: nec ſtridula lācea torto

Emicat amento. frameā nec dextra minatur
Sʒ violas laſciua iacit. folijſqʒ roſaꝝ
Dimicat. ⁊ calathos inimica ꝑ agmina fundit.
Inde eblanditis ꝟtutibꝰ halitus illex
Inſpirat teneꝝ labefacta ꝑ oſſa venenū
Et male dulcis odor domat ora ⁊ pectora et arma
Ferratoſqʒ thoros obliſo robore mulcet.
Luxuria huc violas curſu delata venuſto
Per populos iacit. vt male credita corda tepeſcāt.
Deijciūt aīos ceu victi. ⁊ ſpicula ponūt
Turpiter heu dextris langentibꝰ obſtupefacti.
Dum currū varia gemmaꝝ luce micātem
Mirātur: dum bratteolis crepitātia lora
Et ſolido ex auro p̄cioſi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibꝰ: ⁊ radioꝝ
Argēto albentē ſeriem. quā ſumma rotaꝝ
Flexura electri pallētis cōtinet orbe.
Et iam cūcta acies in deditionis amore
Spōte ſua verſis trāſibat ꝑfida ſignis
Luxurie ſeruire volēs: domineqʒ fluētis
Iura pati. ⁊ laxa ganeaꝝ lege teneri.
¶ Ingemuit tā triſte nefas fortiſſima ꝟtus
Sobrietas. dextro ſocios diſcedere cornu
Inuictāqʒ manū quondā ſine cede perire.
Vexillū ſublime crucis qđ in agmine primo
Dux bona p̄tulerat. defixa cuſpide ſiſtit.
Inſtauratqʒ leuem dictis mordacibꝰ alam
Extimulās aīos nūc ꝓbris nūc p̄ce mixta.
Quis furor inſanas agitat caligine mētes?
Quo ruitis? cui colla datis? que vincula tandē?
Proh pudor armigeris amor eſt ꝑferre lacertis.

Lilia luteolis interlucentia ſertis
Et ferrugineo vernātes flore coronas.
His placet aſſuetas bello iā tradere palmas
Merib⁹: his rigidas nodis innectier vlnas?
Ut mitra cęſariem cohibens aurata virilem
Combibat infuſam croceo religamine nardū.
Poſt inſcripta oleo frontis ſignacula. per quę
Unguentū regale datū eſt. ⁊ chriſma perenne.
Ut tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat
Sericaqꝫ in fractis fluitēt vt pallia membris.
Poſt īmortalem tunicā quam pollice docto
Texuit alma fides. dans īpenetrabile tegmen
Pectorib⁹ lotis: dederat quib⁹ ipſa renaſci.
Ite ad nocturnas epulas vbi cantarus ingens
Deſpuit effuſi ſpumātia damna phalerni
In menſa cyathis ſtillantib⁹ vda vbi multo
Fulcra mero: veteriqꝫ toreumata rore rigātur.
Excidit ergo animis heremi ſitis? excidit ille
Fons patrib⁹ de rupe datus? quē myſtica virga
Elicuit ſciſſi ſaliētem vertice ſaxi.
Angelic⁹ ne cib⁹ prima in tentoria veſtris
Fluxit auis? quem nūc ſero felicior euo
Veſpertinus edit ppl's de corpe chriſti.
His vos imbutos dapib⁹ iam crapula turpis
Luxurię ad madidū rapit importuna lupanar.
Quoſqꝫ viros nō ira fremēs. nō idola bello
Cedere cōpulerāt. ſaltatrix ebria flexit
State precor veſtri memores: memores qꝫ chriſti
Quę ſit veſtra trib⁹. quę gloria. qs deus. ⁊ rex
Quis dn̄s: meminiſſe decet vos nobile iudę
Germen. aduſqꝫ dei genitricē: ex qua de⁹ ipſe

Eſſet homo: pceꝝ veniſtis ſanguine lõgo.
Excitet ęgregias mẽtes celeberrima dauid
Gloria. cõtinuis belloꝝ exercita curis:
Excitet ⁊ ſamuel. ſpolium q̇ diuite ab hoſte
Attrectare vetat. nec victũ viuere regem
Incircũciſum patitur: ne pręda ſuꝑſtes
Victorem placidũ recidiua in ꝓlia poſcat:
Parcere iã capto crimen putat ille tyrãno.
At vobis cõtra. vinci ⁊ ſuccũbere votũ eſt.
Pęniteat vos ſi qua mouet reuerẽtia ſummi
Numinis. hoc tam dulce malũ voluiſſe nefanda
Proditione ſequi: ſi pęnitet haud nocet error.
Pęnituit ionathan ieiunia ſobria dulci
Cõuiolaſſe fauo: ſumpti melliſqꝫ ſapore
Heu male guſtato. regni dum blãda voluptas
Oblectat iuuenẽ. iurataqꝫ ſacra reſoluit.
Sꝫ quia pęnituit. nec ſors lachrymabilis illa eſt
Nec tinxit patrias ſentẽtia ſęua ſecures;
¶ En ego ſobrietas (ſi cõſpirare paratis)
Pando viã cunctis ꝟtutib⁹. vt male ſuada
Luxuries. multo ſtipata ſatellite. pęnas
Cũ legione ſua chriſto ſub iudice pendat.
Sic affata: crucẽ dñi feruentib⁹ offert
Obuia quadrigis. lignũ venerabile in ipſos
Intentãs frenos: qđ vt expauere feroces
Cornib⁹ oppanſis ⁊ ſumma frõte coruſcum.
Vertũt p̄cipitem cęca formidĩe fuſi
Per pręrupta fugã: fertur reſupina reductis
Ne quicqꝫ loris auriga. comãqꝫ madẽtem
Puluere fędat humi. tũc ⁊ vertigo rotaꝝ
Implicat excuſſam dñam: nã prona ſub axem

Labitur. ⁊ lacero tardat ſuffl amine curꝛ
Addit ſobrietas vuln⁹ letale iacenti
Cõijciẽs ſilicem rupis de parte molarem.
Hũc vexilliferę qm̃ ſors obtulit ictũ
Spicula nulla manu ꝫ belli inſigne gerẽti
Caſus agit ſaxum: medij ſpiramen vt oris
Frãgeret. ⁊ recauo miſceret labra palato
Dentib⁹ introrſum reſolutis. lingua reſectã
Dilaniata gulã fruſtis cũ ſanguĩs implet.
Inſolitis dapib⁹ crudeſcit guttur: ⁊ oſſa
Colli fracta vorãs reuomit quas hauſerat offas.
Ebibe iam ꝓpriũ poſt pocula multa cruorem
Virgo ait increpitãs: ſint hęc tibi fercula tandem
Triſtia: pręteriti nimijs ꝓ luxib⁹ ęui.
Laſciuas vitę illecebras. guſtat⁹ amarę
Mortis. ⁊ horrifico ſapor vltim⁹ aſperat hauſtu.
Cęde ducis diſperſa fugit trepidãte pauore
Nugatrix acies. iocus ⁊ petulãtia. primi
Cimbala ꝓijciũt: bellũ nam talib⁹ armis
Ludebãt. reſono meditãtes vulnera ſiſtro.
Dat tergũ fugitiuus amor: lita tęla veneno
Et lapſum ex humeris arcum pharetrãqꝫ cadentem
Pallid⁹ ipſe metu. ſua poſt veſtigia linq̃t
Pompa oſtẽtatrix vani ſplẽdoris. inani
Exuitur nudata peplo: diſſciſſa trahũtur
Serta venuſtatis. colliqꝫ ac verticis aurꝫ
Soluitur: ⁊ gẽmas diſcordia diſſona turbat.
Nõ piget attritis pedib⁹ per acuta frutecta
Ire voluptatẽ. quoniã vis maior acerbam
Cõpellit tolerare fugã. formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas

Qua ſe cunqȝ fugax trepidis fert greſſibꝰ agmen
Damna iacēt. crinalis acus. redimicula. vittę.
Fibula. flameolū. strophiū. dyadęma. monile.
His ſe ſobrietas ⁊ totus ſobrietatis
Abſtinet exuuijs miles: damnataqȝ caſtis
Scādala ꝓculcat pedibꝰ: nec fronte ſeueros
Cōniuente oculos prędaꝝ ad gaudia flectit:

C De auaricia et operatione

Ertur auaricia gremio ꝑcincta capaci
Quicq̄d luxus edax ꝑcioſum liquerat vnca
Corripuiſſe manu: pulchra in ludibria vaſto
Ore inhians. auriqȝ legēs fragmēta caduci
Inter arenaꝝ tumulos. nec ſufficit amplos
Impleuiſſe ſinus: iuuat infercire crumęnis
Turpe lucꝝ. ⁊ grauidos furtis diſtendere fiſcos.
Quos lęua cęlāte tegit. lateriſqȝ ſiniſtri
Velat adopperto: velox nā dextra rapinas
Abradit. ſpolijſqȝ vngues exercet aenos.
Cura. fames. metus. anxietas. ꝑiuria. pallor
Corruptela. dolus. cōmenta. inſomnia. ſordes.
Eumenides varię. monſtri comitatꝰ. aguntur
Nec minꝰ interea rabidoꝝ more lupoꝝ
Crimina perſultāt toto graſſantia campo
Matris auaricię nigro de lacte creata.
Si fratris galeā fuluis radiare ceraunis
Germanꝰ vidit cōmilito. nō timet enſem
Exerere: atqȝ caput ſocio mucrone ferire
De cōſanguineo rapturꝰ vertice prędam.
Filius extinctum belli ſub ſorte cadauer
Aſpexit ſi forte patris. fulgētia bullis
Cingula. ⁊ exuuias gaudet rapuiſſe cruētas.

Cognatam ciuilis agit diſcordia prędam.
Nec parcit ꝓprijs amor inſatiatꝰ habēdi
Pignoribꝰ: ſpoliatqꝫ ſuos fames īpia natos.
Talia ꝑ populos ędebat funera victrix
Orbis auaricia: ſternēs centena viroꝝ
Milia vulneribꝰ varijs. hūc lumine adempto
Effoſiſqꝫ oculis velut in caligīe noctis
Cęcū errare ſinit. perqꝫ offenſacula multa
Jre. nec oppoſitū baculo temptare periclum.
Porro alium capit intuitu: fallitqꝫ vidētem
Jnſigne oſtentās aliqͣd. quod dum petit ille
Excipitur tęlo incautꝰ: cordiſqꝫ ſub ipſo
Saucius occulto. ferꝝ ſuſpirat adactū.
Multos ꝓcipitās in apta incēdia cogit
Nec patitur vitare focos. quibꝰ ęſtuat auꝝ
Qđ petit arſurꝰ pariter ſpeculator auarus
Omne hoīm rapit illa genꝰ: mortalia cūcta
Occupat interitu. neqꝫ eñ eſt violētius vllum
Terraꝝ vicium: qđ tantis cladibꝰ ęuum
Mundani inuoluat ppłi. damnetqꝫ gehēnę.
Quin ipſos temptare manu (ſi credere dignū eſt)
Auſa ſacerdotes dñi. qui ꝓlia forte
Ductores primā ante aciē ꝓ plaude gerebāt
Virtutū. magnoqꝫ implebāt claſſica flatu.
Et fors innocuo tinxiſſet ſanguine ferꝝ
Ni ratio armipotēs gētis leuitidis vna
Semꝑ fida comes clipeū obiectaſſet. et atrę
Hoſtis ab incurſu claros texiſſet alumnos.
Stāt tuti rōnis ope: ſtāt turbine ab omni
Jmmunes forteſqꝫ animi. vix in cute ſumma
Perſtringēs paucos tenui de vulnere ledit

Cuſpis auaricię. Stupuit lues improba caſtis
Hęroum iugulis lōge ſua tęla repelli.
Ingemit. ⁊ victis ardēs furialibus inſit.
¶ Vincimur heu ſegnes: nec nr̄a potētia p̄fert
Vim ſolitā. languet violētia ſeua nocēdi.
Sueuerat īuictis quę viribꝰ omnia vbiq̄
Rumpere corda hoim̄. nec eīm tam ferrea quenq̄
Formauit natura viꝝ: cuiꝰ rigor ęra
Sperneret. aut nr̄o foret impenetrabilis auro.
Ingeniū omne neci dedimꝰ tenera. aſpa. dura
Docta. indocta. ſimul bruta ⁊ ſapiētia necnon
Caſta. inceſta. meę paruerūt pectora dextrę.
Sola igitur rapui quicq̄d ſtyx abdit auaris
Gurgitibꝰ. nobis ditiſſima tartara deleēt
Quos retinēt pp̄los. qđ voluūt ſęcula uſ̄m eſt.
Qđ miſcet mundꝰ veſana negocia noſtꝝ eſt
Quo fit. pręualidas ꝙ pollēs gloria vires
Deſerit: ⁊ caſſos ludit fortuna lacertos.
Sordet chriſticolis rutilātis fulua monetę
Effigies: ſordēt argēti emblęmata. ⁊ oīs
Theſaurꝰ nigrante oculis vileſcit honore.
¶ Quid ſibi docta voluūt faſtigia? nōne triumphū
Egimus ex ſcarioth? magnꝰ qui diſcipuloꝝ
Et cōuiua dei dum fallit fędere mēſę
Haud q̄nq̄m ignaꝝ. dextrāq̄ parapſide iungit
Incidit in noſtꝝ flammāte cupidine tęlū.
Infamē mercatꝰ agrum de ſanguine amici
Numinis. obliſo luiturꝰ iugera collo.
¶ Viderat ⁊ iericho ꝓpria inter funera quantū
Poſſet nr̄a manꝰ: cum victor cōcidit achas
Cędibꝰ inſignis. murali ⁊ ſtrage ſuperbus

Succubuit capto victis ex hoſtib⁹ auro.
Dum vetitis inſigne legẽs anathema fauillis
Mẽſta ruinaꝝ ſpolia inſaciabilis hauſit.
Nõ illũ generoſa trib⁹. nõ plebis auitę
Iuuit iuda parẽs. chriſto q̃ñqꝫ ꝓpinquo
Nobilis: et tali fęlix patriarcha nepote.
Quis placet exemplũ generis. placeat q̃z forma
Exitij: ſit pęna eadẽ quib⁹ ⁊ gen⁹ vnum eſt
Quid moror aut iudę populares aut populares
Sacricolę ſummi (ſummus nã fertur aaron)
Fallere fraude aliqua: martis cõgreſſib⁹ impar.
Nil refert. armis cõtingat palma. doliſve:
Dixerat. ⁊ toruã faciem furialiaqꝫ arma
Exuit: inqꝫ habitũ ſeſe trãſformat honeſtũ
Fit ꝟtus ſpecie. vultuqꝫ ⁊ veſte ſeuera
Quam memorãt frugi: parce cui viuere cordi
Et ſeruare ſuũ tanqꝫ nil raptet auare
Artis adũbratę meruit ceu ſedula laudem
Hui⁹ ſe ſpecie mẽdax bellona coaptat.
Nõ vt auara lues ſꝫ ꝟtus parca putetur.
Nec nõ ⁊ tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguineos: vt cãdida palla latẽtem
Diſſimulet rabiem. diroqꝫ obtẽta furori
Qđ rape ⁊ clepere eſt. auideqꝫ abſcõdere parta
Natoꝝ curã dulci ſub nomĩe iactat.
Talib⁹ illudẽs male credula corda viroꝝ
Fallit imaginib⁹: monſtrũqꝫ ferale ſequũtur:
Dum credũt pietatis op⁹. capit ĩpia erynnis
Cõſenſu faciles. maniciſqꝫ tenacib⁹ arctat.
Attonitis ducib⁹ perturbatiſqꝫ maniplis
Nutabat ꝟtutum acies errore biformis

Portenti:ignorãs quid amicũ credat in illo
Quid ve hoſtile notet.letũ verſatile ⁊ anceps
Lubricat incertos dubia ſub imagine viſus:

¶ De operatione

Um ſubito in mediũ frendẽs oꝑatio campum
Proſilit auxilio ſocijs:pugnãqꝫ capeſſit
Militię poſtrema gradu.ſꝫ ſola duello
Impoſitura manũ:neq̄d iam triſte ſuperſit.
Omne opꝰ ex humeris reiecerat:oĩbꝰ ibat
Nudata exuuijs.multo ⁊ ſe faſce leuarat
Olim diuitijs grauibuſqꝫ oppreſſa talẽtis.
Libera nũc miſerãdo inopũ.quos larga benigne
Fouerat.effundẽs patriũ bene ꝓdiga cenſum
Jam loculos ditata fide ſpectabat inanes
Eternã numerãs redituro fęnore ſummã.
¶ Horruit inuictę ꝟtutis fulmẽ.⁊ impos
Mentis auaricia ſtupefactis ſenſibꝰ hęſit.
Certa mori:nã quę fraudis via reſtat:ut ipſa
Calcatrix mũdi mũdanis victa fatiſcat
Illecebris.ſpretoqꝫ iterꝝ ſeſe implicet auro.
Inuadit trepidã virtꝰ fortiſſima duris
Ulnaꝝ nodis:obliſo ⁊ gutture frãgit
Exanguẽ ſiccãqꝫ gulam.cõpreſſa ligabãt
Uincla lacertoꝝ ſubmentũ:⁊ faucibꝰ atris
Extorquẽt aĩam.nullo quę vulnere rapta
Palpitat.atqꝫ aditu ſpiramĩs intercepto
Incluſam patitur venaꝝ carcere mortem
Illa reluctãti genibuſqꝫ ⁊ calcibꝰ inſtãs
Perfodit ⁊ coſtas.atqꝫ ilia rumpit anhela.
Mox ſpolia extincto de corꝑe diripit auri
Sordida fruſta rudis.nec adhuc fornace recoctam

Materiā:tineis etiā marſupia crebris
Exeſa.⁊ virides obducta erugine nūmos
Diſpergit.ſeruata diu victrix.⁊ egenis
Diſſipat.ac tenues captiuo munere donat
¶ Tunc circūfuſam vultu exultāte coronā
Reſpiciēs alacris.media inter milia clamat.
Soluite precinctū iuſti:⁊ diſcedite ab armis.
Cauſa mali tāti iacet interfecta lucrādi
Ingluuie perēſte licet requieſcere ſanctis.
Sūma quies nil velle ſuꝑ quam poſtulat vſus
Debitus:vt ſimplex alimonia veſtis ⁊ vna
Infirmos tegat ac recreet mediocriter artꝰ
Expletūqꝫ modū naturę nō trahat extra.
Ingreſſurꝰ iter peram ne tollito:neue
De tunicę alteriꝰ geſtamīe ꝓuidꝰ eſto
Nec te ſollicitet res craſtina:nec cibꝰ aluo
Defuerit:redeūt ęſcę cū ſole diurnę
Nōne vides vt nulla auiū cras cogitet:ac ſe
Paſcēdam pręſtāte deo nō anxia credat?
Cōfidunt volucres victū nō defore viles:
Paſſeribuſqꝫ ſubeſt modico venalibꝰ aſſe
Indubitata fides:dn̄m curare potētem
Ne pereāt.te cura dei facies q̄ꝫ chriſti
An dubitas ne te tuus vnq̄ꝫ deſerat auctor?
Ne trepidate homīes:vitę dator ⁊ dator ęſcę eſt.
Quęrite luciferū cęleſti dogmate paſtum
Qui ſpem multiplicās alit iuiolabilis ęui
Corporis īmemores:memor eſt q̄ cōdidit illud
Suppeditare cibos atqꝫ indiga membra fouere.
¶ His dictis.curę emotę.metus.⁊ labor et vis
Et ſcelus.⁊ placidę fidei fraus inficiatrix

Depulſę vertere ſolū. pax inde fugatis
Hoſtibꝰ. alma abigit bellū. diſcinditur omnis
Terror: ⁊ auulſis exfibulat ilia zonis.
Veſtis aduſqꝫ pedes deſcendēs defluit imos
Temperat ⁊ rapidū priuata modeſtia greſſum.
Cornicinū curua ęra ſilent: placabilis implet
Vaginā gladiꝰ. ſedato ⁊ puluere campi
Suda redit facies liquidę ſine nube diei.
Purpureā videas cęli clareſcere lucem.
Agmina caſta ſuꝑ vultū ſenſere tonantis
Arridere. hilares pulſo certamīe turmę
Et chriſtū gaudere: ſuis victoribꝰ arcem.
Etheris. ac patriū famulis aperire ꝓfundū:

¶ De concordia.

At ſignū fęlix cōcordia reddere caſtris
Victrices aquilas. atqꝫ in tentoria cogi.
Nunqꝫ tāta fuit ſpecies neqꝫ par decꝰ vlli
Militię: cū diſpoſitis bifida agmina lōge
Duceret ordinibꝰ. peditum pſallēte caterua.
Aſt alia de parte equitū reſonātibꝰ hymnis.
¶ Nō aliter cecinit reſpectās victor hiantē
Iſrael rabiem ponti poſt terga minacis.
Cū iam ꝓgrediēs calcaret littora ſicco
Vlteriora pede: ſtringēſqꝫ ꝑ extima calcis
Mons rueret pendētis aquę: nigroſqꝫ relapſo
Gurgite nilicolas fundo deprēderet imo.
Ac refluēte ſinu iā redderet vnda natatū
Piſcibꝰ: ⁊ nudas pręceps operiret arenas.
Pulſauit reſono modulātia timpana plectro
Turba dei: celebrās miꝝ memorabile ſeclis
Omnipotētis opꝰ. liquidas inter freta ripas

Fluctib⁹ inciſis. ⁊ ſubſiſtēte ꝓcella
Creſcere: ſuſpēſoſqȝ globos potuiſſe teneri.
Sic expugnata vicioꝝ gēte reſultāt
Miſtica dulcimodis ꝟtutū carmina pſalmis.

De diſcordia.

Ventū erat ad fauces portę caſtrēſis: vbi arctū
Liminis introitū bifori dāt cardine clauſtra
Naſcitur hic inopina mali lacrimabilis aſtu
Tempeſtas: placidę turbatrix inuida pacis
Quę tantū ſubita vexarat clade triumphū
Inter cōſertos cuneos cōcordia forte
Dum ſtipata pedē iam tutis męnib⁹ infert
Excipit occultū vicij latitātis ab ictu
Mucronē. lęuo in latere: ſqualētia q̄uis
Texta cathenato ferri ſub tegmine corp⁹
Ambirēt. ſutis ⁊ acumen vulneris hamis
Reſpuerēt: rigidis nec fila tenacia nodis
Impactū ſinerēt penetrare in viſcera tęlū.
Rara tn̄ chalybem tenui trāſmittere puncto
Cōmiſſura dedit. qua ſeſe extrema politę
Squama ligat tunicę: ſinus ⁊ ſibi cōſerit oras.
Intulit hoc vuln⁹ pugnatrix ſub dola victę
Partis. ⁊ incautis victorib⁹ inſidiata eſt.
Nam pulſa culpaꝝ acie diſcordia noſtros
Intrarat cuneos. ſociā mentita figurā
Sciſſa ꝓcul palla. ſtructū in ſerpēte flagellū
Multiplici: media campoꝝ et ſtrage iacebat.
Ipſa redimitos olea frondēte capillos
Oſtentās. feſtis reſpōdit lęta chorcis.
Sȝ ſicam ſub veſte tegit: te maxima ꝟtus
Nocturnę cędũt nebulę: nigrãtia cędũt
Nubila: pręteñti cędit teres area mũdi
Nec tãtum aerios viſu trãſmittit hiatus
Spiritꝰ. oppoſitos ſꝫ trãſit lumine mõtes.
Oceani fines atqꝫ vltima litora thile
Trãſcurrit. volucreſqꝫ oculos in tartara mittit
Noſtris nempe oẽs pereũt ſub nocte colores
Viſibꝰ. ꝛ cęco delentur tempore formę.
Nunq̇d et exutę membris ac viſcere perdũt
Agnitione notas reꝝ. vel greſſibꝰ errant:
Vna aīas ſemꝑ facies hꝫ. ꝛ color vnꝰ
Aeris: vt cuiqꝫ eſt meritoꝝ ſumma ſiniſtri
Seu dextri. alternas nec cõmutabile tempꝰ
Cõuertit variatqꝫ vices: lõgum atqꝫ perenne eſt
Quicq̇d id eſt. vnꝰ voluit ſua ſecula curſus.
Expertos dubitas aīas ꝑcurrere viſus:
Abdita corporeis oculis cum ſepe quietis
Rore ſoporatis cernat mens viua remotos
Diſtãteſqꝫ locos. aciem ꝑ rura per aſtra
Per maria intendẽs: nec em̄ ſe ſegregat ipſa
Ante obitũ viuis ex artubꝰ. aut fugit exul

Sanguiſ. ⁊ carnis penetralia ſeqꝫ medullis
Exuit. abductā ve abigit de pectore vitam
Viſcera de ſede manēs ſpeculatur acutis
Omnia luminibꝰ. ⁊ qua circūtulit aerem
Naturę leuis intuitū nullo obijce rerꝝ
Diſcluſa ante oculos ſubiectū ꝓſpicit orbem
Atqꝫ orbis ſub mole ſitū ſordēs elementum
Obiacet interea tellus nec viſibꝰ obſtat
Quin ſi ſtelligerꝝ vultꝰ cōuertat ad axem
Nil intercurrēs obtutibꝰ impedit ignem
Peruigilis aīę q̄uis denſata grauentur
Nubila ⁊ oppoſito nigreſcat vellere cęlum.
Sic arcana videt tacitis coopta figuris
Corporeus ioānes adhuc. nec carne ſolutus.
Munere ſꝫ ſomni pauliſper carne ſequeſtra
Liber ad intuitū ſenſuqꝫ oculiſqꝫ peragrās
Ordine diſpoſitos venturis ſolibꝰ annos
Procinctū videt angelicū. iamiamqꝫ cremādi
Orbis in excidiū: raucos ⁊ percipit aure
Mugitus grauiū mundi ſub fine tubarꝝ.
Hęc ille aute obitū membrorꝝ carcere ſęptus
Secedēte aīa non diſcedēte videbat
Nōne magis flatus ſine corꝑe cuncta notabit
Corꝑis inuolucris tumulo frigēte repoſtis?
Certa fides. rabidos tetra ſub nocte caminos
(Qui pollutā aīam ꝑ ſęcula lōga perenni
Igne coquūt) oculis longū ꝑ inane remotis
Pauꝑis expoſitos: nec ſecius aurea dona
Iuſtorꝝ dirimēte chao. rutilaſqꝫ coronas
Eminus oſtēdi pęnarꝝ carcere merſis.
Hinc par adiſicolę poſt vlcera dira beato

Proditur infelix vlulās in peſte reatus
Spiritꝰ. inqꝫ vicem meritoꝝ mutua cernūt

¶ Oratio prudentij.

O dee cunctipotēs aīę dator o dee chriſte
Cuiꝰ ab ore deꝰ ſubſiſtit ſpūs vnus
Te moderāte regor te vitā principe duco
Judice te pallens trepido. te iudice eodem
Spem capio fore quicqđ ago veniabile apud te
Quālibet indignū venia faciamqꝫ loquarqꝫ
Cōfiteor: dimitte libens ⁊ parce fatēti.
Omne malū merui: ſꝫ tu bonꝰ arbiter aufer
Qđ merui. meliora fauēs largire precāti
Dona aīę qñqꝫ meę: cum corpis huius
Liquerit hoſpiciū neruis cute ſanguine felle
Oſſibꝰ extructū. corrupta qđ incola luxu
Heu nimiū cōplexa fouet: cū flebilis hora
Clauſerit hos orbes ⁊ cōclamata iacebit
Materies. oculiſqꝫ ſuis mens nuda fruetur
Ne cernat truculētum aliquē de gente latronū
Immitē rabidū. vultuqꝫ ⁊ voce minaci
Terribilem qui me maculoſum aſpergine moꝝ
In pręceps vt prędo trahat. nigriſqꝫ ruentem
Immergat ſpecubus. cūcta exacturꝰ aduſqꝫ
Quadrantē minimū damnoſę debita vitę
Multa in theſauris patris eſt habitatio chriſte
Diſparibꝰ diſcreta locis: nō poſco beata
In regione domū. ſint illic caſta viroꝝ
Agmina. puluereū quę didignātia cenſum
Diuitias petiere tuas. ſit flore perenni
Candida ꝟginitas aīm caſtrata reciſum
At mihi tartarei ſatis eſt ſi nulla miniſtri

Occurrat facies: auidę nec flāma gehēnnę
Deuoret hanc aīam merſam fornacibꝰ imis.
Eſto. cauernoſo: quia ſic ꝑ labe neceſſe eſt.
Corporea: triſtis me ſorbeat ignis auerno:
Saltē mitificos incendia lenta vapores
Exalent. ęſtuqʒ calor languēte tepeſcat
Lux immēſa alios ⁊ tēpa vincta coronis
Glorificēt: me pęna leuis clemēter adurat;

## ¶ Finit Hamartigenia

## ¶ Prologꝰ in Aurelij prudentij clementis librū qui peri ſtephanon dicitur.

Jus fidelis. innocēs. pudicus
Dona conſcientię
Quibus beata mens abundat intus

Alter et pecunias
Recidit. vnde victitent egeni:
Nos citos iambicos
Sacramus ⁊ rotatiles trochęos.
Sanctitatis indigi
Nec ad leuamen pauperum potentes:
Approbat tamen deus
Pedeſtre carmen ⁊ benignus audit.
Multa diuitis domo
Sita eſt per omnes angulos ſupellex
Fulget aureus ſcyphus
Nec ęre deſit expolita peluis
Eſt et olla fictilis
Grauiſqʒ ⁊ ampla argentea eſt parapſis.
Sunt eburna quępiam
Nōnulla quercu ſunt cauata et vlmo
Et omne vas fit vtile

Quod eſt ad vſum congruens herilem:
Inſtruūt enim domum
Ut empta magno. ſic parata ligno.
Me paterno in atrio
Ut abſoletum vaſculum caducis
Chriſtus aptat vſibus
Sinitqʒ parte in anguli manere
Munus ecce fictile:
Iuuimus intra regiam ſalutis
Attamen vel infimam.
Deo obſequelam pręſtitiſſe prodeſt
Quicquid illud accidit
Iuuabit ore perſonaſſe chriſtum
Quo regente viuimus;

## Explicit Prologus.

Aurelij clemētis prudētij peri ſtephanon Incipit Metrum trochaicū archilochicum quod et euripidium dicitur recipit enim aliquando ſpondeum

Cripta ſūt coelo duoꝝ
martyrum vocabula
aureis quę chriſtus illic
annotauit litteris
ſanguinis notis eadem
ſcripta terris tradidit:
Pollet hoc fęlix per orbem
terra hibera ſtemmate
hic locus dignus tenendis
oſſibus viſus deo
qui beatorum pudicus
eſſet hoſpes corpoꝝ.
Hic calentes hauſit vndas
cęde tinctus duplici
illatas cruore ſancto
nunc arenas incolę
confrequentant obſecātes
voce votis munere.

Exteri necnon et orbis
huc colonus aduenit
fama nam terras in omnes
percucurrit proditrix
hic patronos eſſe mundi
quos precantes ambiãt.
Nemo puras hic rogando
fruſtra congeſſit p̄ces
lętus hinc terſis reuertit
ſupplicator fletibus
omne quod iuſtum popoſcit
impetratum ſentiens.
Tanta pro noſtris periclis
cura ſuffragrantium
non ſinunt inane vt vllus
voce murmur fuderit:
audiunt ſtatimq; ad aurem
regis ęterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipſo
dona terris influũt
ſupplicum cauſa petitis
quę medullis irrogant
nil ſuis bonus negauit
chriſtus vnq̃ teſtibus.
Teſtibus quos nec catenę
dura nec mors terruit
vnicum deum fateri
ſanguinis diſpendio:
ſanguinis ſed tale damnum
lux rependit largior.
Hoc genus mortis decor
hoc probis bonum viris
membra morbis ex edenda et
exta venis languidis
hoſtico donare ferro
mortem ⁊ hoſtem vincere.
Pulchra res ictum ſub enſe
perſecutoris pati
nobilis per vulnus amplum
porta iuſtis panditur:
lota mens in fonte rubro
ſede cordis exilit.
Nec rudem crudi laboris
ante vitam duxerant
milites quos ad perenne
cingulum chriſtus vocat
ſueta virtus bello ⁊ armis
militat ſacrarijs.
Cęſaris vexilla linquũt
eligũt ſignum crucis
proq; ventoſis draconum
quos gerebant pallijs
pręferũt inſigne lignum
quod draconem ſubdidit:

Vile cenſent expeditis
ferrē dextris ſpicula
machinis murum ferite
caſtra foſſis cingere
impias manus cruentis
inquinare ſtragibus.
Forte tunc atrox ſecundos
iſraelis poſteros
ductor aulę mūdialis
ire ad arā iuſſerat
idolis litare nigris
eſſe chriſti defugas
Liberam ſuccincta ferro
peſtis vrgebat fidem
illa virgas ⁊ ſecures
et biſulcas vngulas:
vltro fortis expetebat
chriſti amore interrita
Carcer illigata duris
colla baccis impedit:
barbaras forum per omne
tortor exercet manus
veritas crimen putatur
vox fidelis plectitur
Tunc et enſe cęſa virtus
triſte percuſſit ſolum
et rogis ingeſta męſtis
ore flammas ſorbuit:
dulce tunc iuſtis cremari
dulce. ferrum perpeti.
Hic duorum chara fratrum
concaleſcūt corpora
fida quos per omne tempus
vinxerat ſodalitas
ſtant parati ferre quicquid
ſors tuliſſet vltima.
Seu foret prębenda ceruix
ad bipennem publicam
verbere poſt vim crepantum
poſt cataſtas ligneas
ſiue pardis offerendum
pectus aut leonibus:
Nos ne chriſto procreati
māmonę dicabimur
et dei formam gerentes
ſeruiemus ſęculo?
abſit vt cęleſtis ignis
ſe tenebris miſceat.
Sit ſatis qđ capta primo
vita ſub chirographo
debitum perſoluit omne
functa rebus cęſaris:
tempus eſt deo rependi
quicquid eſt ꝓprium dei.

Ite ſignorum magiſtri.et
vos tribuni abſiſtite:
aureos auferte torques
ſauciorꝝ premia:
clara nos hinc angelorꝝ
iam vocant ſtipendia
Chriſtus illic candidatis
pręſidet cohortibus.
et throno regnans ab alto
damnat infames deos
voſq;: qui ridenda vobis
monſtra diuos fingitis:
Hęc loquentes obruūtur
mille pęnis martyres:
nexibus manus vtraſq;
flexus inuoluit rigor
et chalybs attrita colla
grauibus ambit circulis.
O vetuſtatis ſilentis
obſoleta abliuio:
inuidentur iſta nobis
fama et ipſa extinguitur:
cartulas blaſphęmus olim
nam ſatelles abſtulit.
Ne tenacibus libellis
erudita ſęcula
ordinem tempus modumq;
paſſionis proditum
dulcibus linguis per aures
poſterorꝝ ſpargerēt
Hoc tamē ſolum vetuſta
ſubtrahūt ſilentia
iugibus longū catenis
an capillum pauerint
quo vi. os dolore tortor
qua ve pęna ornauerit.
Illa laus occulta nō eſt
nec ſeneſcit tempore
miſſa ꝙ ſurſum ꝑ auras
euolarūt munera
quę viam paterē cęli
pręmicādo oſtenderēt.
Illius fidem figurās
nube fertur ānulus:
hic ſui dat pignus oris
(vt ferūt) orarium:
quę ſuperno rapta flatu
lucis intrāt intimū.
Per poli liquētis axem
fulgor auri abſcōditur
ac diu viſum ſequacem
textilis car do fugit:
ſubuehūtur vſq; in aſtra
nec videntur amplius

Vidit hoc co̅uentus aſtans
vidit ipſe ⁊ carnifex
et manu̅ depreſſit hęrens
ac ſtupore oppaluit:
ſꝫ tamen peregit ictum
ne periret gloria:
Jam ne credis bruta quonda̅
vaſconu̅ gentilitas
quam ſacꝝ crudelis error
immolarit ſanguinem?
credis in deum relatos
hoſtiaꝝ ſpiritus?
Cerne quam palam feroces
hic doma̅tur dęmones
qui lupino rapta rictu
deuora̅t pręcordia
ſtrangula̅t me̅tes ⁊ ipſas
ſecꝫ miſce̅t ſenſibus.
Tu̅c ſuo iam plenꝰ hoſte
ſiſtitur fure̅s homo
ſpumeas ſuffla̅s ſaliuas
cruda torque̅s lumina
expiandus quęſtione
no̅ ſuoꝝ crimin ū.
Audias (necꝫ tortor aſtat)
eiulatꝰ flebiles:
ſcinditur ꝑ flagra corpus
nec flagellu̅ cernitur:
creſcit ⁊ ſuſpenſus ipſe
vinculis late̅tibus.
His modis ſpurcu̅ latronem
martyꝝ virtꝰ quatit
hęc coercet torquet vrit
hęc catenas incutit.
prędo vexatꝰ relictis
ſe medullis exuit:
Linquit illęſam rapinam
faucibꝰ ſiccis ruit
vngue ab imo vſcꝫ ad capillu̅
ſalua reddit omnia
co̅fitens ardere ſeſe
nam gehennę eſt incola.
Quid loquar purgata longis
alba morbis corpa
algidꝰ cum decoloros
horror artꝰ concutit?
hic tumor vultu̅ relinqt
hic color verus redit.
Hoc bonu̅ ſaluator ipſe
quo fruamur pręſtitit
martyꝝ cum me̅bra noſtro
co̅ſecrauit oppido:
ſoſpita̅t quę nu̅c colonos
quos hiberus alluit.

State nunc hymnite matres
pro receptis paruulis
cōiugum ſalute leta
vox maritaꝝ ſtrepat:
ſit dies hec feſta nobis
ſit ſacratū gaudiū;

¶ Metrum iambicū dymetrū acathalecticon.

¶ Paſſio ſancti Vincentij dyaconi.

Eate martyr ꝓſpera
diem triumphalē tuū
quo ſanguis merces tibi
corona vincenti datur;
Hic te ex tenebris ſeculi
tortore victo ⁊ iudice
euexit ad celū dies
chriſtoq₃ ouantē reddidit.
Nūc angeloꝝ particeps
colluces inſigni ſtola
quam teſtis indomabilis
riuis cruoris laueras.
Cum te ſatelles idoli
precinctꝰ atris legibus
litare diuis gentium
ferro ⁊ catenis cogeret.
Ac verba primum mollia
ſuadēdo blande effuderat
captator vt vitulum lupus
rapturꝰ alludit prius.
Rex inqt vrbis maximꝰ
qui ſceptra geſtat romula
ſeruire ſanxit omnia
priſcis deoꝝ cultibus.
Uos nazareni aſſiſtite
rudemq₃ ritū ſpernite:
hec ſaxa que princeps colit
placate fumo ⁊ victima.
Exclamat hic vincentiꝰ
leuita de tribu ſacra
miniſter altaris dei
ſeptem ex columnis lacteis:
Tibi iſta preſint numina
tu ſaxa tu lignū colas
tu mortuoꝝ mortuus
fias deoꝝ pontifex.
Nos lucis auctorē patrem
eiuſq₃ chriſtum filium
qui ſolus eſt verꝰ deus
daciane cōfitebimur.
Hinc ille iam cōmotior
audes ne nō felix (ait)
ius hoc deoꝝ ac principū

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

violare verbis aſperis?
Jus ⁊ ſacratum et publicum
cui cędit humanum genus:
nec te iuuētę feruidę
inſtās periclū permouet?
Hoc nāqꝫ decretū cape
aut ara thure ⁊ ceſpite
precāda iam nūc eſt tibi
aut mors luenda eſt ſanguine.
Reſpōdit ille altrinſecꝰ
age ergo quicq̄d virium
quicq̄d ptātis tibi eſt
palam reluctor ex ęre.
Vox nr̄a quę ſit accipe
eſt chriſtꝰ ⁊ pater deus
ſerui huiꝰ ⁊ teſtes ſumus
extorque ſi potes fidem.
Tormēta carcer vngulę
ſtridenſqꝫ flāmis lamina
atqꝫ ipſa pęnaꝝ vltima
mors chriſtianis ludus eſt
O veſtra inanis vanitas
ſcitūqꝫ brutum cęſaris:
cōdigna veſtris ſenſibus
coli iubetis numina.
Excisa fabrili manu
cauis recocta follibꝰ

quę voce quę ſenſu carent
immota cęca elinguia.
His ſumptuoſa ſplēdido
delubra creſcūt marmore
his colla mugientiū
percuſſa thauroꝝ cadūt.
Aſſunt ⁊ illic ſpūs
ſed ſunt magiſtri criminum
veſtrę ⁊ ſalutis aucupes
vagi. impotētes. ſordidi.
Qui vos latēter incitos
in omne cōpellūt nefas
vaſtare iuſtos cędibꝰ
plebem pioꝝ carpere.
Norūt ⁊ ipſi ac ſentiūt
pollere chriſtū ac viuere
eiuſqꝫ iamiāqꝫ affore
regnū tremendum perfidis
Clamāt fatentes deniqꝫ
pulſi ex latebris corpoꝝ
virtute chriſti ⁊ nomine
diuiqꝫ et iidem dęmones
His intonātem martyrem
iudex ꝓphanꝰ non tulit
cōclamat os obtrudite
ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite

raptimqꝫ lictores date
illos reoꝝ carnib⁹
paſtos.manuqꝫ exercitos
Jam ſaxo ius ꝑtoriū
cōiciator ſentiat:
impune ne nr̄is ſibi
dijs deſtruēdis luſerit.
Tibi ergo ſoli cōtumax
tarpeia calcētur ſacra?
tu porro ſol⁹ obteras
romā.ſeuatū.ceſarem?
Vinctū retortis brachijs
ſurſum ac deorſum extēdite
cōpago donec oſſium
diuulſa mēbratim crepet.
Poſt hec hiulcis ictibus
nudate coſtaꝝ abdita
vt ꝑ lacunas verbeꝝ
iecur retectū palpitet.
Ridebat hec miles dei
man⁹ cruentas increpās
qḋ fixa nō ꝓfundius
intraret art⁹ vngula.
Ac iam omne robur fortium
euiſcerādo ceſſerat:
niſuſqꝫ anhelus ſoluerat
feſſos lacertoꝝ thoros.
Aſt iſte tāto letior
omni vacātem nubilo
frontē ſerenā illumīat
te chriſte p̄ntem vidēs.
Quis vult⁹ iſte proh pudor
(dacianus aiebat furēs)
gaudet renidet ꝓuocat
tortorē tort⁹ acrior?
Nil illa vis exercita
tot noxioꝝ mortib⁹
agone in iſto ꝓficit
ars ⁊ doloꝝ vincitur.
Sꝫ vos alumni carceris
par ſemꝑ inuictū mihi
cohibete paulū dextras
reſpiret vt laſſus vigor.
Per ſicca rurſus vlcera
dum ſe cicatrix colligit
refrigerati corpis
man⁹ reſulcās diruat.
His contra leuites refert
ſi iā tuoꝝ perſpicis
lāguere v̄tutem canū
age ipſe maior carnifex.
Oſtēde quo pacto queāt
imos receſſus ſcindere
manus ⁊ ipſe interſere

riuoſqꝫ feruētes bibe.
Erras cruēte ſi meam
te rere pęnā ſumere
cū mēbra morti obnoxia
dilāniata interficis.
Eſt alter eſt ītrinſec⁹
violare quē null⁹ poteſt.
liber quiet⁹ integer
exors doloꝝ triſtiū.
Hoc qđ laboras perdere
tātis furoris virib⁹
vas eſt ſolutū ac fictile
quocūqꝫ frangendum modo.
Quinīmo nūc enitere
illū ſecare ac plectere
qui perſtat int⁹ qui tuā
calcat tyrāne inſaniā.
Illū laceſſe hūc diſcute
inuictū inexpugnabilem
nullis ꝓcellis ſubditū
ſoliqꝫ ſubiectū deo.
Hęc fatur. ⁊ ſtridētibus
laniatur vncis denuo
cui prętor ore ſubdolo
anguina ꝟba exſibilat
Si tāta callū pectoris
prędurat obſtinatio
puluinar vt nr̄m manu
abomineris tāgere
Saltē latentes paginas
libroſqꝫ opertos detegē
quo ſecta prauū ſeminās
iuſtis cremetur ignib⁹
His martyr auditis ait
quē tu maligne myſticis
minaris ignē litteris
flagrabis ipſe hoc iuſtius
Rumphęa iā cęleſtiū
vindex erit voluminū
tāti veneni interpretē
linguā perurēs fulmine.
Vides fauillas indices
gomerreoꝝ criminū
zodomita nec latet cinis
teſtis perennis funeris.
Exēplar hoc ſerpēs tuū eſt
fuligo quē mox ſulphuris
bitumen īmixtū pice
imo implicabūt tartaro.
His ꝓſecutor ſaucius
pallet rubeſcit ęſtuat
inſana torquēs lumina
ſpumaſqꝫ frendēs egerit.
Tum deinde cunctatus diu

decernit extrema omnium
igni ⁊ grabato ac lamĩs
exerceatur quęſtio.
Hęc ille ſeſe ad munera
gradu citato proripit
ipſoſqꝫ pernix gaudio
penę miſtros pͤuenit.
Uentũ ad paleſtrã glorię
ſpes certat ⁊ crudelitas
luctamen anceps cõſerũt
hinc martyr illic carnifex
Serrata lectũ regula
dente in frequẽti exaſperat
cũ multa carbonũ strues
viuũ vaporat halitũ
Hunc ſpõte cõſcendit rogũ
vir ſanct⁹ ore interrito
ceu iam coronę cõſcius
celſum tribunal ſcãderet.
Subter crepãte aſpergine
ſcintillat excuſſus cinis
pũctiſqꝫ ferues ſtridulis
ſparſim pectus figitur
Aruina poſt vt igneũ
impreſſa craterẽ lauat
vis vnde roris fumidi
in membra ſenſim liquitur.
Hęc inter ĩmotus manet
tanq̃ dolorꝫ neſcius
tenditqꝫ in altũ lumina
nã vincla palmas pſſerãt
Sublat⁹ inde fortior
lugubre in antrꝫ tenditur
ne liber vſus luminis
animaret altũ ſpiritũ.
Eſt int⁹ imo ergaſtulo
loc⁹ tenebris nigrior
quẽ ſaxa merſi fornicis
anguſta clauſum ſtrangulant.
Eterna nox illic latet
expers diurni ſyderis
hic carcer horrẽdus ſuos
habere fertur inferos
In hoc baratrũ cõijcit
truculent⁹ hoſtis martyrẽ
lignoqꝫ plãtas inſerit
diuaricatis crurib⁹.
Quin addit ⁊ pęnã nouã
crucis. perit⁹ artifex
nulli tyrãno cognitã
nec fando cõpertã retro
Fragmẽta teſtarꝫ iubet
hirta impolitis angulis
acuminata informia

tergo iacentis ſternerent
Totū cubile ſpiculis
armāt dolores anxij
inſomne qui ſubtꝰ latus
mucrone pulſent obuio.
Hęc ille verſutꝰ vafra
meditatꝰ arte ſtruxerat
ſed belzebulis callida
cōmenta chriſtꝰ deſtruit.
Nam carceralis cęcitas
ſplēdore lucis fulgurat
duplexq; morſus ſtipitis
ruptis catenis diſſilit.
Agnoſcit hic vincentius
adeſſe qđ ſperauerat
tāti laboris premiū
chriſtū datorē lumis
Cernit deinde fragmina
iam teſtularꝝ mollibꝰ
veſtire ſemet floribꝰ
redolēte nectar carcere
Quin ⁊ frequētes angeli
ſtant ac loquūtur cōminus
quorꝝ vnꝰ ore auguſtior
cōpellat his dictis virꝝ
Exurge martyr indyte
exurge ſecurꝰ tui
exurge ⁊ almis cętibus
noſter ſodalis addere.
Decurſa iam ſatis tibi
pęnę minacis munia
pulchraq; mortis exitu
oīs peracta ē paſſio:
O miles inuictiſſime
fortiſſimorꝝ fortior
iam teipſa ſęua ⁊ aſpera
tormēta victorē tremūt.
Spectator hęc chriſtꝰ deus
cōpenſat ęuo intermino
proprięq; collegā crucis
larga coronat dextera
Pone hoc caducū vaſculū
cōpage textū terrea
qđ diſſipatū ſoluitur
et liber in cęlū veni.
Hęc ille. ſʒ clauſas fores
interna rumpūt lumina
tenueſq; ꝑ rimas nitor
lucis latētis ꝓditur.
Hoc cū ſtuperet territus
obſeſſor atri liminis
quē cura pernox iuſſerat
ſeruare feralē domū:
Pſallentes audit inſuꝑ

pręduice carmen martyris
cui vocis inſtar ęmulę
cõclaue reddit concauũ
Pauens deinde introſpicit
admota quãtum poſtibꝰ
acies ꝑ arctas cardinum
intrare iuncturas poteſt
Vernare multis floribꝰ
ſtramenta teſtaꝝ videt
ipſumq̃ vulſis nexibꝰ
obambulãtem pangere
Jmplẽtur aures turbidi
prętoris hoc miraculo
flet victus ⁊ voluit gemens
iram dolorem dedecus.
Exemptꝰ inquit carceri
paulũ benignis fotibus
recreetur: vt paſtũ nouũ
pęnis refectus pręb̃rat.
Coire toto ex oppido.
turbã fidelem cerneres
mollire ꝑ fultum thoꝝ
ſiccare cruda vulnera
Jlle vngulaꝝ duplices
ſulcos pererrat oſculis
hic purpurãtem corporis
gaudet cruorem lamb̃re.
Plerięq̃ veſtem lintheam
ſtillãte tingũt ſanguine
tutamen vt ſacꝝ ſuis
domi reſeruẽt poſteris.
Tũc ipſe manceps carceris
et vinculoꝝ ianitor
vt fert vetuſtas cõſcia
repente chriſto credidit
Hic obſeratis vectibus
denſę ſpecũ caliginis
ſplendore lucis aduenę
micuiſſe clauſum viderat
At vero poſtq̃ lectuli
martyr quietem cõtigit
ęger moraꝝ tedio
et mortis incenſus ſiti
Si mors habẽda huiuſmodi ẽ
quę corꝑali ergaſtulo
mentem reſoluit liberam
et reddit auctori deo
Mentem piatam ſanguine
mortis lauacris erutam
quę ſemet ac vitã ſuam
chriſto immolandam pręb̃uit.
Ergo vt recline mollibꝰ
reiecit auleis caput
victor relictis artubus

cęlum capeſſit ſpiritus.
Cui recta celſo tramite
reſeratur ad patrē via
quam fratre cęſus impio
abel beatus ſcāderat.
Stipāt euntem candidi
hinc inde ſanctorꝝ chori
pariqꝫ miſſus carcere
baptiſta ioānes vocat.
At chriſtiani nominis
hoſtem coquebāt irrita
fellis venena. ꝛ liuidū
cor effrata exuſſerāt
Seuire inermē crederes
fractis draconē dentibꝰ:
euaſit exultās (ait)
rebellis ꝛ palmā tulit.
Sꝫ reſtat illud vltimū
inferre pęnā mortuo
feris cadauer tradere
canibꝰ ve carpendum dare.
Jam nūc vel oſſa extinxero
ne ſit ſepulcꝝ funeris
quod plebs gregalis excolat
titulumqꝫ figat martyris.
Sic frendet ꝛ corpꝰ ſacꝝ
ꝓphanus (ha dirum nefas)

nudū negato tegmine
exponit inter carices.
Sꝫ nulla dirarꝝ fames
aut beſtiarꝝ ant alitum
audet tropheum glorię
fędare tactu ſqualido.
Quin ſi qua clangēs improbe
circūuolaret eminꝰ
trucis volucris impetu
depulſa vertebat fugā
Nam coruꝰ belyę datus
olim ciborꝝ portitor
hoc munꝰ implet ſedulo
et irremotus excubat.
Hic ex frutectis ꝓximis
infeſtus alarꝝ ſono
oculoſqꝫ pennis verberans
exegit imanē lupum:
Quis perfidorꝝ credere
auſit rapacem bęluā
thauris paratam cōgredi
ceſſiſſe plumis mollibus?
Ibat malignū murmurās
leui volatu exterritus
prędāqꝫ viſam fugerat
cuſtodis imbellis minis.
Quis audienti talia

daciane tūc ſenſus tibi
quātis gemētem ſpiculis
figebat occultus dolor
Cum te peremptí corꝑis
virtute victū cerneres
ipſis ꝛ impar oſſibꝰ
vacuiſqȝ iam membris minor.
Sȝ quis tyrāne pertinax
hūc impotētem ſpiritū
determinabit exitꝰ:
nullꝰ ne te frangat modus?
Nullꝰ. nec vnqȝ deſinā:
nam ſi ferina īmanitas
manſueſcit. ꝛ clemētia
coruos voraces mitigat.
Mergam cadauer fluctibꝰ
inſana nunqȝ naufragis
ignoſcit vnda. ꝛ ſpumeū
neſcit ꝓfundū parcere.
Aut ſemꝑ illic mobilis
inceſta ꝑ ludibria
vagis feretur fluctibus
ſquamoſa paſcēs agmina
Aut ſub fragoſis rupibꝰ
ſcabri petraꝝ murices
inter receſſus ſcrupeos
diſciſſa rumpent viſcera.

Ecquis viroꝝ ſtrēnue
cymbam peritꝰ pellere
remo rudēte ꝛ carbaſo
ſecare qui pontum queas
Capias paluſtri ceſpite
corpus qḋ intactū iacet
leuiqȝ vectū lembulo
amplū per ęquor auferas
Sȝ complicatum ſparteus
claudat cadauer culleus
quem fune cōnexus lapis
pręceps in altū deprimat.
At tu per vndas emices
rotāte ꝓceps palmula
donec relictū longior
abſcōdat aſpectus ſolum
Hęc iuſſa quidā militum
(eumorphio nomē fuit)
violētus audax barbarꝰ
furore feruēs arripit
Funale textum cōſerit
ſuto quod implet corꝑe
emenſus ꝛ multum freti
inter ꝓcellas excutit.
O prępotens virtus dei
virtus creatrix oīm
quę turgidum quondā mare

gradiente chriſto ſtrauerat.
Ut terga calc..ns ęquoris
ſiccis mearet paſſibus
plantas nec vndis tingeret
vaſti viator gurgitis.
Hęc ipſa virtus iuſſerat
rubrum ſalum dehiſcere
patente dum fundo aridum
ſecuta plebs iter terit.
Necnon et ipſa nunc iubet
ſeruire ſancto corpori
pontum quietis lapſibꝰ
ad curua pronū litora.
Saxum molaris ponderis
(vt ſpuma candens) innatās
tantiqꝫ cuſtos pignoris
fiſcella fertur fluctibꝰ.
Cernūt ſtupētes nauitę
vectam remenſo marmore
labi retrorſum leniter
ęſtu ſecundo ⁊ flamine
Certant ⁊ ipſi concito
pontum phaſelo ſcindere
longe ſed artus pręuolant
telluris ad mollem ſinum.
Prius relatos denicꝫ
humus quieta ſuſcipit
quam pulſa ſummis niſibꝰ
carina portum tangeret.
Felix amęni litoris
ſeceſſus ille: qui ſacra
fouēs arenis viſcera
vicem ſepulcri prębuit.
Dum cura ſanctoꝝ pia
deflens adornat aggerē
tumulocꝫ corpꝰ creditū
vitę reſeruat posterę
Sꝫ mox ſubactis hoſtibus
iam pace iuſtis reddita:
altar quietam debitam
pręſtat beatis oſſibus.
Subiecta iam ſacrario
imācꝫ ad aram cōdita
cęleſtis auram muneris
perfuſa ſubter hauriūt
Sic corpꝰ. aſt ipſum dei
ſedes recęptū cōtinet
cum machabeis fratribꝰ
ſectoqꝫ iſaię ꝑrimū.
Simplex ſꝫ illis cōtigit
corona pęnaꝝ quibus
finem maloꝝ pręſtitit
mortis ſupremꝰ exitus.
Quid tale ſector auſus eſt?

truncata nunquid corporis
ſegmēta poſt ſerrā feris
obiecit aut vndis dedit?
Num machabei martyris
linguā tyrānus erutam
ruptāve pellē verticis
auib⁹ cruentis obtulit?
Tu ſol⁹ o bis indyte
brauijs ſol⁹ duplicis
palmā tuliſti: tu duas
ſimul paraſti laureas.
In morte victor aſpera
tu deinde poſt mortē pari
victor triūpho pteris
ſolo latronē corpe.
Adeſto nūc ⁊ percipe
voces precantū ſupplices
nr̄i reatus efficax
orator ad thronū patris
Per te p illū carcerē
honoris augmētum tui
per vincula flāmas vngulas.
per carceralē ſtipitē:
Per fragmen illud teſteū
quo parta creuit gloria
et quem tremētes poſteri
exoſculamur lectulū
Miſerere noſtrax precū
placat⁹ vt chriſt⁹ ſuis
inclinet aurem pſperam
noxas nec oēs imputet
Si rite ſolemnē diem
veneramur ore ⁊ pectore
ſi ſub tuox gaudio
veſtigiox ſternimur
Pauliſper huc illabere
chriſti fauorem deferens
ſenſus grauati vt ſentiāt
leuamen indulgētię.
Sic nulla iā reſtet mora
quin excitatā nobilis
carnē reſumat ſpūs
virtute perfunctā pari
Vt quę labox particeps
cōmune diſcrimen tulit
ſit ⁊ cohęres glorię
cunctis in euū ſęculis.

¶ Exeſt paſſio ſci Vincentij.

## ¶ Paſſio ſancti Laurentij Archileuitę.

¶ Metrum Jambicum dymetrum Acathalecticum.

Antiqua phanoꝝ parēs
iam roma chriſto dedita
laurētio victrix duce
ritū triumphās barbaꝝ:
Reges ſup̄bos viceras
populoſqꝫ frenis preſſeras
nūc mōſtruoſis idolis
imponis imperij iugū.
Hęc ſola deerat gloria
vrbis togatę inſignib⁹
feritate capta gentiū
domaret vt ſpurcū iouē.
Nō turbulētis viribus
coſſi camilli ac cęſaris
ſꝫ martyris laurētij
nō incruenta pręlio
Armata pugnauit fides
ꝓprij cruoris ꝓdiga
nā morte mortē diruit
ac ſemet impēdit ſibi
Fore hęc ſacerdos dixerat
iam ſixt⁹ affixus cruci
laurētium flentē videns
crucis ſub ipſo ſtipite
Deſiſte, deſceſſu meo
fletū dolēter fundere:
pręcedo frater tu quoqꝫ
poſt hoc ſequeris triduū.
Extrema vox epiſcopi
pręnūciatrix glorię
nihil fefellit: nam dies
pędicta palmā pręſtitit.
Qua voce quātis laudib⁹
celebrabo mortis ordinē
quo paſſionē carmine
digne retexēs concinā?
Hic primus e ſeptē viris
qui ſtāt ad aram ꝓximi
leuita ſublimis gradu
et cęteris pręſtātior
Clauſtris ſacroꝝ pręerat
cęleſtis arcanū domus
fidis gubernās clauib⁹
votaſqꝫ diſpēſans opes.
Verſat famē pecunię
pręfect⁹ vrbis regię
miniſter inſani ducis
exactor auri ⁊ ſanguis.
Qua vi latētes eruat
nūmos, operta exiſtimans
talēta ſub ſacrarijs
cumuloſqꝫ cōgeſtos tegi.
Laurentium ſiſti iubet
exquirit arcā ditib⁹

maſſis refertā. ⁊ fulgidę
mōtes monetę cōditos
Soletis (inq̄t) conqueri
ſeuire nos iuſto amplius
cū chriſtiana corꝑa
pluſquā cruēte ſcindimꝰ
Abeſt atrocioribus
cenſura feruēs motibꝰ
blande ⁊ quiete efflagito
qđ ſpōte obire debeas.
Hūc eſſe veſtris orgijs
moremq̄ ⁊ artē proditū eſt
hanc diſciplinam fęderis
libent vt auro antiſtites.
Argēteis ſcyphis ferūt
fumare chriſti ſanguinē
auroq̄ nocturnis ſacris
aſtare fixos cereos.
Tum ſumma cura ē fratribꝰ
(vt ſermo teſtatur loquax)
offerri fundis venditis
ſeſterciorꝝ milia
Addicta auorꝝ prędia.
fędis ſub auctionibus
ſucceſſor exhęris gemit
ſanctis egens parētibus.
Hęc occulūtur abditis
eccleſiarꝝ in angulis
et ſumma pietas creditur
nudare dulces liberos.
Depromete theſauros. malis
ſuadēdo quos pręſtigijs
exaggeratos obtines
nigrāte q̄s claudis ſpecu.
Hoc poſcit vſus publicꝰ
hoc fiſcus hoc ęrariū
vt dedita ſtipēdijs
ducē iuuet pecunia.
Sic dogma veſtrꝝ eſt (audio)
ſuū quibuſq̄ reddito
en cęſar agnoſcit ſuū
numiſma nūmis inditū.
Qđ cęſaris ſcis cęſari
da: nempe iuſtū poſtulo
(ni fallor) haud vnq̄ tuꝰ
ſignat deꝰ pecuniam
Nec cū veniret. aureos
ſecū philippos detulit
pręcepta ſed ꝟbis dedit
inanis a marſupio.
Implete dictorꝝ fidem
quā vos ꝑ orbem venditis
nūmos libēter reddite
eſtote verbis diuites.

Nil aſperum laurentius
refert ad iſta aut turbidū
ſꝫ vt parat⁹ obſequi
obtemperāter annuit.
Eſt diues inqt. nō ego.
habetqꝫ nr̄a eccleſia
opūqꝫ auri plurimū
nec quiſquam in orb͛ eſt ditior
Is ipſe tm̄ non habet
argenteoꝝ enigmatū
auguſt⁹ arcem poſſidens
cui nūmus oīs ſcribitur
Sꝫ nec recuſo ꝓdere
arcā locupletē nimis
vulgabo cūcta ⁊ ꝓferam
precioſa q̄ chriſt⁹ tenet
Vnū ſed orās flagito
induciaꝝ paululum
quo fungar efficatius
promiſſionis munere.
Dum tota digeſtim mihi
chriſti ſupellex ſcribitur
nam calculāda primitus
tum ſubnotanda eſt ſummula
Let⁹ tumeſcit gaudio
prefect⁹. ac ſpe deuorat
auꝝ velut iam conditum
domi maneret geſtiens.
Pepigere temp⁹ tridui
laudatus inde abſoluitur
laurētius ſponſor ſui
et ſponſor ingētis lucri
Tribus per vrbem curſitat
dieb⁹. infirma agmina
omneſqꝫ qui poſcūt ſtipē
cogēs in vnū ⁊ cōgregās
Illic vtriſqꝫ obtutib⁹
orbes cauatos preferens
baculo regebat preuio
errore nutātem gradum
Et claudus infracto genu
et crure trūco ſemipes
breuior vel parte ex altera
greſſum trahebat imparem
Eſt vlceroſus artub⁹
qui tabe corrupta fluat
eſt cui⁹ arens dextera
neruos in vlnā contrahat
Tales plateis oīb⁹
exq̄rit aſſuetos ali
eccleſię matris penu
quos ipſe prim⁹ nouerat
Recenſet exin ſingulos
ſcribens viritim nomina

longo ⁊ locatos ordīe
aſtare ꝓ templo iubet.
Pręſcript⁹ ⁊ iā fluxerat
dies: furebat feruido
iudex auar⁹ ſpiritu
ꝓmiſſa ſolui efflagitās
Tum martyr: aſſiſtas velim
corāq; diſpoſitas opes
mirere: quas nr̄ deus
pręd iues in ſanctis habet
Videbis ingēs atriū
fulgere vaſis aureis
et ꝑ patētes portic⁹
ſtructos talētis ordines.
It ille nec pudet ſequi:
ventū ad ſacratā ianuā
ſtabāt caterue pauperꝝ
inculta viſu examina:
Fragor rogantū tollitur
pręfect⁹ horreſcit ſtupens
cōuerſus in laurentiū
oculiſq; turbatis minax.
Cōtra ille qd furēs ait
minaris aut qd diſplicet?
nū ſordida hęc aut vilia
num deſpuēda exiſtimas
Auꝝ quod ardēter ſitis
effoſſa gignūt rudera
et de metallis ſqualidis
pęnalis excudit labor
Torrēs vel amnis turbidis
voluēs arenis implicat
qd terrulentū ac ſordidū
flāma neceſſe eſt decoqui
Pudor ꝑ auꝝ ſoluitur
violatur auro integritas:
pax occidit: fides perit:
leges ⁊ ipſe intercidūt.
Quid tu venenū glorię
extollis ⁊ magni putas?
ſi quęris auꝝ verius
lux eſt ⁊ humanū gen⁹
Hi ſunt alumni luminis
quos corp⁹ arctat debile
ne ꝑ ſalutem viſcerꝝ
mens inſoleſcat turgida.
Cū membra morb⁹ diſiicit
anim⁹ viget robuſtior
mēbris viciſſim fortibus
vis ſauciatur ſenſuū
Nā ſanguis in culpā calens
minus miniſtrat virīū
ſi feruor effet⁹ malis
dum hec virus cōtrahat

Si forte detur optio
malim dolore aſperrimo
fragmenta membrorum pati
et pulcher intꝰ viuere
Cōmitte formas peſtiū
et cōfer alternas lues
carnis ne morbꝰ fędior?
an mētis ⁊ moꝝ vlcera?
Noſtri ꝑ artꝰ debiles
intꝰ decoris integri
ſenſum venuſti innoxiū
lāguoris expertes gerūt.
Veſtros valētes corꝑe
interna corrūpit lepra
errorq; mancū claudicat
et cęca fraus nihil videt.
Quēuis tuoꝝ diuitū
qui veſte ⁊ ore p̄nitet
magis ꝓbabo debilē
quam qui meorum eſt pauꝑrim
Hūc qui ſuꝑbit ſerico
quē currus inflatū vehit
hydrops aquoſus lurido
tendit veneno intrinſecꝰ
Aſt hic auarꝰ cōtrahit
manꝰ recuruas. ⁊ volam
plicās aduncis vnguibꝰ
laxare neruos nō valet
Iſtū libido fętida
ꝑ ſcorta tractū publica
luto ⁊ cloacis inq̄nat
dū ſpurca mēdicat ſtupra
Quid ille feruēs ambitu
ſitimq; honoris eſtuās?
merſis ne anhelat febribꝰ
atq; igne venaꝝ furit?
Quiſq̄s tacēdi intemperans
ſilēda prurit ꝓdere
vexatur ⁊ ſculpit iecur
ſcabiēq; cordis ſuſtinet.
Quid inuidoꝝ pectoꝝ
ſtrumā retexam turgidā
quid purulēta ⁊ liuida
malignitatū vulnera?
Tu ⁊ ipſe q̇ romā regis
cōtemptor ęterni dei
dum demonū ſordes colis
morbo laboras regio
Hi q̄s ſuꝑbus deſpicis
quos execrādos iudicas
breui vlceroſos exuent
artꝰ: ⁊ incolumes erūt
Cū carne corruptiſſima
tandē ſoluti ac liberi

pulcherrimoqꝫ vite ſtatu
in arce lucebūt patris.
Nō ſordidati aut debiles
ſicut vidētur interim
ſꝫ purpurantibꝰ ſtolis
clari ⁊ coronis aureis.
Tūc ſi facultas ſuppetat
corā tuis obtutibꝰ
iſtos potētes ſęculi
velim recēſendos dari
Pānis videres obſitos
et muculētis naribꝰ
mentū ſaliuis vuidū
lipposqꝫ palpebra putri
Peccāte nil eſt tetrius
nil tam leproſum aut putridū
cruda eſt cicatrix criminum
oletqꝫ vt antrum tartari
Animabꝰ in verſa vice
corrupta forma infligit
quas pulcher aſpectꝰ prius
in corꝑe oblectauerat.
En ergo nūmos aureos
quos prime ſpoponderā
quos nec fauillis obruat
ruina. nec fur ſubtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles

ne pauperē chriſtū putes
gēmas choruſci lumīs
ornatur hoc templū quibus
Cernis ſacratas ṽgines
miraris intactas anus
primiqꝫ poſt damnū thori
ignis ſecūdi neſcias.
Hoc eſt monile eccleſię
hic ille gēmis comitur
dotata ſic chriſto placet
ſic ornat altū verticem
Eccū talēta ſuſcipe
ornabis vrbem romulā
ditabis ⁊ rem principis
fiet ⁊ ipſe ditior.
Ridemur (exclamat furēs
pręfectꝰ) ac miris modis
ꝑ tot figuras ludimur
et viuit inſanū caput?
Impune tātas furcifer
ſtrophas cauillo mimico
te nexuiſſe exiſtimas
dum ſcurra ſaltas fabulā
Cōcinna viſa vrbanitas
tractare noſmet ludicris
egon cahinnis inditus
acroma feſtiuū fui?

Adeo ne nulla auſteritas
cēſura nulla eſt faſcibꝰ
adeon ſecurim publicā
mollis retūdit leuitas?
Dicis libēter oppetam
votiua mors ē martyri
eſt iſta vobis (nouimꝰ)
perſuaſionis vanitas.
Sꝫ nō volēti impartiar
pręſtetur vt mortis citę
cōpendioſus exitus:
perire raptim nō dabo
Vitā tenebo ⁊ differā
pęnis moraꝝ iugibꝰ
et mors inextricabilis
lōgos dolores ꝓtrahet.
Prunas tepētes ſternite
ne feruor ignitꝰ nimis
os cōtumacis occupet
et cordis intret abdita
Vapor ſeneſcēs lāgueat
qui fuſus afflatu leui
tormēta ſenſim temperet
ſemuſtulati corꝑis.
Bene eſt ꝙ ipſe ex oībus
myſteriarches incidit
hic ſolꝰ exemplum dabit
quod mox timere debeāt
Cōſcende cōſtructū rogū
decūbe digno lectulo
tūc ſi licebit diſputa
nil eſſe vulcanū meum
Hęc fante ꝑfecto. truces
hincinde tortores parāt
nudare amictu martyrē
vincire mēbra ⁊ tendere.
Illi os decore ſplēduit
fulgorqꝫ circūfuſus eſt
qualem reuertēs legifer
de mōte vultū detulit
Iudea quē plebs aureo
boue inquinata ⁊ decolor
expauit ⁊ faciem retro
detorſit impatiēs dei
Talemqꝫ ⁊ ille ꝑtulit
oris choruſci gloriā
ſtephanꝰ per imbrē ſaxeū
cęlos apertos intuens
Illuminatū eſt hoc ęminꝰ
recens piatis fratribꝰ
baptiſma quos nuꝑ datum
chriſti capaces fecerat.
Aſt impioꝝ cęcitas
os oblitum noctis ſitu

nigrāte ſub velamine
obducta claꝝ non videt.
Egiptię plagę in modū
quę cū tenebris barbaros
damnaret. hebreis diem
ſudo exhibebat lumine
Quin ipſa odoris qualitas
aduſta quam reddit cutis
diuerſa vtroſqꝫ ꝑmouet
his nidor illis nectar eſt
Idemqꝫ ſenſus diſpari
variat⁹ aura. aut afficit
horrore nares vindice
aut mulcet oblectamine.
Sic ignis ętern⁹ deus
nā chriſt⁹ ignis verus eſt
is ipſe cōplet lumine
iuſtos. ⁊ vrit noxios.
Poſtqꝫ vapor diutinus
decoxit exuſtū latus
vltro e cathaſta iudicem
ſermone compellat breui
Cōuerte partē corporis
ſatis crematā iugiter
et fac periclū quid tuus
vulcanus ardens egerit.
Pręfectus inuerti iubet:
tūc ille. coctum deuora
et experimentum cape
ſit crudū an aſſum ſuauius.
Hęc ludibundus dixerat.
cęlū deinde ſuſpicit
et cōgemiſcēs obſecrat
miſerat⁹ vrbem romulā
O chriſte numē vnicum
o ſplēdor o virtus patris
o factor orbis et poli
atqꝫ auctor hoꝝ męnium
Qui ſceptra romę in vertice
reꝝ locaſti ſanciens
mundū quirinali togę
ſeruire. ⁊ armis cedere
Ut diſcrepātum gentiū
mores ⁊ obſeruātiam
linguaſqꝫ ⁊ ingenia ⁊ ſacra
vnis domares legib⁹
En omne ſub regnū Remi
mortale cōceſſit genus
idem loquūtur diſſoni
ritus idipſum ſentiūt
Hoc deſtinatū quo magis
ius chriſtiani nominis
quodcūqꝫ terraꝝ iacet
vno illigaret vinculo.

Da chriſte romanis tuis
ſit chriſtiana vt ciuitas
per quã dediſti vt cęteris
mens vna ſacroꝝ foret
Cõfęderẽtur oĩa
hincinde mẽbra in ſymbolũ
mãſueſcat orbis ſubdit⁹
mãſueſcat ⁊ ſummũ caput
Aduertat adiũctas plagas
coire in vnã gratiã
ſiat fidelis romulus
et ipſe iam credat numa
Cõfundit error troicus
adhuc cathonũ curiã
veneratur occultis focis
frygũ penates exules:
Janũ bifrontẽ ⁊ ſterculũ
colit ſenat⁹: horreo.
tot mõſtra patrꝝ dicere
et feſta ſaturni ſenis
Abſterge chriſte hoc dedec⁹
emitte gabriel tuũ
agnoſcat vt verꝝ deum
errãs iula cęcitas.
Et iam tenem⁹ obſides
fidiſſimos hui⁹ ſpei
hic nãqꝫ iam regnãt duo
apoſtoloꝝ principes
Alter vocator gentiũ:
alter cathedrã poſſidens
primã: recludit creditas
ęternitatis ianuas.
Diſcede adulter iupiter
ſtupro ſororis oblite
relinque romã liberã
plebemqꝫ iam chriſti fuge.
Te paul⁹ hinc exterminat
te ſanguis exturbat petri
tibi id qđ ipſe armaueras
factum neronis officit.
Video futuꝝ principem
qñqꝫ qui ſeru⁹ dei
tetris ſacroꝝ ſordib⁹
ſeruire romam nõ ſinat
Qui templa claudit vectibus
valuas eburnas obſtruat
nefanda damnet limina
obdens aenos peſſulos
Tũc pura ab omni ſanguine
tandẽ nitebãt marmora
ſtabãt ⁊ ęra innoxia
quę nũc habẽtur idola.
hic finis oranti fuit
et finis idem vinculi

carnalis: erupit volās
vocem ſecutꝰ ſpiritus.
Vexere corpꝰ ſubditis
ceruicibꝰ quidā patres
quos mira libertas viri
ambire chriſtū ſuaſerat
Replens medullas indoles
afflarat ⁊ coegerat
amore ſublimis dei
odiſſe nugas priſtinas
Refrixit ex illo die
cultus deoꝝ turpiū:
plebs in ſacellis rarior:
chriſti ad tribunal curritur
Sic dimicās laurētius
nō enſe pręcinxit latꝰ
hoſtile ſʒ ferrū retro
torquēs in auctorē tulit.
Dum demon inuictum dei
teſtem laceſſit prelio
perfoſſus ille cōcidit
et ſtratus ęternū iacet.
Mors illa ſancti martyris
mors vera temploꝝ fuit
tūc veſta palladios lares
impune ſentit deſeri
Quicqd quiritū ſueuerat
ornar nenias numę
chriſti frequentās atria
hymnis reſultat martyrem
Ipſa ⁊ ſenatꝰ lumina
quondā luperci aut flamines
apoſtoloꝝ ac martyꝝ
exoſculātur limina.
Videmꝰ illuſtres domos
ſexu ex vtroqꝫ nobiles
offerre votis pignora
clariſſimoꝝ liberum
Vittatus olim pontifex
aſcitur in ſignū crucis:
ędemqꝫ laurēti tuam
veſtalis intrat claudia.
O ter quaterqꝫ ⁊ ſepties
beatus vrbis incola
qui te ac tuoꝝ cominꝰ
ſedem celebrat oſſium.
Cui ꝓpter aduolui licet
qui fletibꝰ ſpargit locum
qui pectꝰ in terram premit
qui vota fundit murmure.
Nos vaſco hiberus diuidit
binis remotos alpibꝰ
trans ſcotianoꝝ iuga
trās ⁊ pyrenas ningidas

Vix fama nota eſt.abditis
quã plena ſanctis roma ſit
quã diues vrbanũ ſolum
ſacris ſepulcris floreat.
Sz qui carem⁹ his bonis
nec ſanguĩs veſtigia
videre corã poſſumus
cęlum intuemur ęminus
Sic ſancte laurẽti tuam
nos paſſionẽ quęrim⁹
eſt aula nam duplex tibi.
hic corpis.mentis polo
Illic inenarrabili
allectus vrbe municeps
ęternę in arce curię
geſtas coronã ciuicam
Videor videre illuſtribus
gẽmis choruſcantem virũ
quẽ roma cęleſtis ſibi
legit perenuẽ cõſulem
Quę ſit ptãs credita
et muneris quãtum datũ
probãt quiritum gaudia
quib⁹ rogatus annuis
Qđ quiſqz ſupplex poſtulat
fert impetratũ pſpere
Poſcũt iocãtur i ndicãt
et triſtis haud vllus redit
Ceu pręſto ſemp adſies
tuoſqz alumnos vrbicos
lactente cõplexus ſinu
paterno amore cõfoues
Hos inter o chriſti dec⁹
audi et poetam ruſticum
cordis fatẽtem crimina
et facta prudẽtem ſua.
Indignus agnoſco ⁊ ſcio
quẽ chriſtus ipſe exaudiat
ſed p patronos martyres
poteſt medelam cõſequi
Audi benignus ſupplicẽ
chriſte reum prudẽtium
et ſeruiẽtem corpori
abſolue vinclis ſęculi.

¶ Explicit paſſio ſancti laurentij.

¶ Ad Valerianũ epiſcopum De paſſiõe hippoliti ſanctiſſimi martyris.

Metrũ elegiacũ

Innumeros cineres ſanctoꝝ romula in vrbe
  Uidim⁹ o chriſti valeriane ſacer
Inciſos tumulis titulos ⁊ ſingula quęris
  Noīa: difficile ē vt replicare queā
Tātos iuſtoꝝ pplós furor impi⁹ hauſit
  Cū coleret patrios troica roma deos
Plurima litterulis ſignata ſepulcra loquūtur
  Martyris aut nomē aut epigrāma aliquod
Sūt ⁊ multa tn̄ tacitas claudētia turbas
  Marmora. quę ſolum ſignificāt numeꝝ
Quāta viꝝ iaceāt cōgeſtis corpa aceruis
  Noſſe licet. quoꝝ noīa nulla legas
Sexaginta illic defoſſas mole ſub vna
  Relliqas memini me didiciſſe hominū
Quoꝝ ſolus hꝫ cōperta vocabula chriſt⁹
  Utpote quos ꝓprię iūxit amicicię.
Hęc dū luſtro oculis ⁊ ſicubi forte latētes
  Reꝝ apices veterum ꝑ monumēta ſequor
Inuenio hippolytū qui quondā ſciſma nouati
  Preſbiteri attigerat. nr̄a ſequēda negās
Uſqꝫ ad martyriū ꝓuectum inſigne. tuliſſe
  Lucida ſanguinei premia ſupplicij.
Nec mirere ſenem ꝑuerſi dogmatis olim
  Munere ditatū catholicę fidei
Cum iā veſano victor raperetur ab hoſte
  Exultāte aīa carnis ad exitium
Plebis amore ſuę multis comitātibus ibat:
  Cōſultus quęnam ſecta foret melior
Reſpōdit fugite o miſeri execrāda nouati
  Sciſmata: catholicis reddite vos pplís.
Una fides vigeat. priſco quę credita templo eſt

Quam paul⁹ retinet quã〈que〉 cathedra petri
Que docui docuiſſe piget: venerabile martyr
Cerno. q͛d a cultu rebar abeſſe dei.
His vbi detorſit leuo de tramite plebem
Mõſtrauit〈que〉 ſequi qua via dextra vocat
Se〈que〉 ducẽ rectis. ſpretis anfractib⁹ idem
Prebuit: erroris q̇ prius auctor erat
Siſtitur inſano rectori chriſticolas tũc
Oſtia vexãti ꝑ tyberina viros.
Jllo nã〈que〉 die roma ſeceſſerat. ipſos
Peſte ſuburbanos vt quateret pplꝫos
Nõ cõtentus humũ celſe inter menia rome
Tingere iuſtoꝝ cedibus aſſiduis
Janiculũ cum iã madidũ. fora roſtra ſuburã
Cerneret eluuie. ſanguĩs effluere
Protulerat rabiẽ tyrrheni ad litoris oram
Que〈que〉 loca equoreus ꝓxima pont⁹ habet
Inter carnifices ⁊ cõſtipata ſedebat
Officia. extructo celſior in ſolio
Diſcipulos fidei deteſtãdi〈que〉 rebelles
Jdolij. ardebat dedere perfidie
Carcereo crinita ſitu ſtare agmina cõtra
Juſſerat. horrendis excruciãda modis.
Jnde catenaꝝ tract⁹. hinc lorea flagra
Stridere: virgarum cõcrepitare fragor
Vngula fixa cauis coſtaꝝ cratibus. altos
Pandere receſſus ⁊ lacerare iecur.
Ac iam laſſatis iudex tortorib⁹ ibat
Jn furias. caſſa conditione fremens
Nullus em̃ chriſti ex famulis ꝑ tãta repertus
Supplicia. auderet qui viciare animam

Inde fures quesitor ait. iam tortor ab vnco
Desine. si vana est questio. morte agito
Huic abscide caput: crux istu̅ tollat in altum
Viuctesq; oculos offerat alitibus
Hos rape precipites & vinctos conijce in ignem:
Sit pyra que multos deuorat vna viros
En tibi quos ꝓperes rimose imponere cymbe
Pellere & iu medij stagna ꝓfunda freti
Quos vbi susceptos rabidum male sutꝰ p equor
Vexerit & tumidis celsa leuarit aquis
Dissociata putrem laxent tabulata carinam
Conceptumq; bibant vndiq; naufragium
Squamea ceno ſo prestabit ventre sepulcrum
Belua consumptis cruda cadaueribus
Hec persultanti celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus implicitus
Stipati circum iuuenes clamore ferebant
Ipsum christicolis esse caput populis
Si foret extinctum propere caput: omnia vulgi
Pectora romanis sponte sacranda dijs
Insolitum leti poscunt genus. & noua pena
Inuenta: exemplo quo trepident alij
Ille supinata residens ceruice. quis inquit
Dicitur? affirmant dicier hippolytum
Ergo sit hippolytus: quatiat turbetq; iugales
Intereatq; feris dilaceratus equis.
Vix hec ille: duo cogunt animalia. freni
Ignara insueto subdere colla iugo
Non stabulis blandive manu palpata magistri
Imperiumq; equitis ante subacta pati
Sed campestre vago nuper pecus e grege captum

Nõ pauor indomito corde ferinus agit
Jãqȝ reluctãtes ſociarũt vincula bigas
Oraqȝ diſcord. fędere nexuerãt
Temonis vice funis ineſt: qui terga duoꝝ
Diuidit. ⁊ medius tãgit vtrũqȝ latus
Deqȝ iugo in longũ ſe poſt veſtigia retro
Protendẽs trahitur. trãſit ⁊ ima pedum
Cuꝰ ad extremũ ſequitur qua puluere ſummo
Cornipedũ refugas orbita trita vias
Crura viri innectit laqueus. nodoqȝ tenaci
Aſtringit plãtas. cũqȝ rudente ligat
Poſtq̃ȝ cõpoſito ſatis inſtruxere paratu
Martyris ad pęnã. verbera. vincla feras
Inſtigãt ſubitis clamoribꝰ atqȝ flagellis
Iliaqȝ infeſtis ꝓfodiũt ſtimulis
Ultima vox audita ſenis venerabilis hęc eſt
Hi rapiãt artꝰ: tu rape chriſte aĩam.
Prorumpũt alacres cęco ⁊ terrore feruntur
Quo ſonꝰ atqȝ timor quo furor exagitat
Incẽdit feritas: rapit impetꝰ: ⁊ fragor vrget
Nec curſus volucer mobile ſentit onus
Per ſiluas ꝑ ſaxa ruũt: nõ ripa retardat
Fluminis. haud torrẽs oppoſitꝰ cohibet
Proſternũt ſępes ⁊ cuncta obſtacula rumpũt
Prona fragoſa petũt ardua trãſiliunt
Sciſſa minutatim labefacto corꝑa fruſta
Carpit ſpinigeris ſtirpibꝰ hirtus ager
Pars ſummis pendet ſcopulis. ꝑs ſentibꝰ hęret
Parte rubẽt frondes: parte madeſcit humus
Exemplar ſceleris paries hȝ illitus. in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas

Picta ſup̱ tumulū̃ ſpecies liquidis viget vmbris
Effigiãs tracti mēbra cruēta viri
Rorãtes ſaxoꝝ apices vidi optime papa
Purpureiſqꝫ rotas veprib⁹ impoſitas
Docta man⁹ virides imitãdo effingere dumos
Luſerat ꝛ minio roſcolã ſaniem
Cernere erat ruptis cōpagib⁹ ordine nullo
Mēbra ꝑ incertos ſparſa iacere ſinus
Addiderat charos greſſu lachrymiſqꝫ ſequētes
Deuia qua fractū ſemita mōſtrat iter
Mǫrore attoniti atqꝫ oculis rimãtibus ibãt
Implebãtqꝫ ſinus viſcerib⁹ laceris
Ille caput niueū complectitur. ac reuerēdam
Caniciē molli cōfouet in gremio
Hic humeros trūcaſqꝫ man⁹ ꝛ brachia et vluas
Et genua ꝛ cruꝝ fragmina nuda legit
Palliolis ꝛ iam bibulę ſiccantur arenę
Ne q̄s in infecto puluere ros maneat
Si q̄s ꝛ in ſudib⁹ recalēti aſpergine ſanguis
Inſidet hūc oēm ſpongia preſſa rapit
Nec iam denſa ſacro quicq̄ꝫ de corꝑe ſilua
Obtinet. aut plenis fraudat ab exequijs
Cūqꝫ recēſitis conſtaret partib⁹ ille
Corꝑis integri q̄ fuerat numerus
Nec purgata aliq̄d deberēt auia toto
Ex hoīe. exterſis frondib⁹ ꝛ ſcopulis
Metēdo eligitur tumulo loc⁹: oſtia linquūt:
Roma placet. ſanctos quę teneat cineres
Haud ꝑcul extremo culta ad pomeria vallo
Merſa latebroſis cripta latet foueis
Hui⁹ in occultū gradib⁹ via prona reflexis

Jre ꝑ anfractus luce latente docet
Primas nãqȝ fores ſummoten⁹ intrat hiatu
Jlluſtratqȝ di[illegible]s limina veſtibuli
Jnde vbi ꝓgreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Mox obſcura loci ꝑ ſpecus ambiguū
Occurrūt celſis īmiſſa foramina tectis
Quę iaciāt claros antra ſup̱ radios
Quãlibet ancipites texant hincinde receſſus
Areta ſub vmbroſis atria porticibus
Attamē exciſa caua ſubter viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat
Sic datur abſentis ſubter terranea ſolis
Cernere fulgorē luminibuſqȝ frui
Talib⁹ hippolyti corp⁹ mandatur opertis
Propter vbi apposita eſt ara dicata deo
Jlla ſacramēti donatrix menſa eademqȝ
Cuſtos fida ſui martyris apposita
Seruat ad ęterni ſpem iudicis oſſa ſepulcro
Paſcit item ſanctis tybricolas dapib⁹
Mira loci pietas ⁊ prompta precãtibus ara
Spes hoīm placida proſperitate iuuant
Hic corruptelis animiqȝ ⁊ corpis ęger
Oraui quotiēs ſtratus opem merui
Qđ lętor reditu: q̄ te venerãde ſacerdos
Cōplecti licitū eſt: ſcribo q̄ hęc eadem
Hippolyto ſcio me debere. de⁹ cui chriſtus
Poſſe dedit qđ quis poſtulet annuere
Jllas ipſa aīę exuuias quę cōtinet intus
Edicula. argēto fulgurat ex ſolido
Pręfixit tabulas diues man⁹ ęquore lęui
Candentes. recauū quale nitet ſpeculum

Nec pariꝭ cōtenta aditus obducere ſaxis
  Addidit ornādo clara talēta operi
Mane ſalutatū cōcurritur omnis adorat
  Pubes. eunt redeūt ſolis aduſqꝫ obitum
Conglobat in cuneos latios ſimul ac peregrinos
  Permixtim ppl'os religionis amor
Oſcula ꝑſpicuo figūt impreſſa metallo
  Balſama defundūt. fletibus ora rigant
Jam cū ſe renouat decurſis menſibꝰ annus
  Natalemqꝫ diem paſſio ſancta refert
Quāta putas ſtudiꝭ certantibus agmina cogi
  Queve celebrādo vota coire deo?
Urbs auguſta ſuos vomit effunditqꝫ quirites
  Una et patricios ambitione pari
Cōfundit plebeia phalanx vmbonibus equis
  Diſcrimen ꝓcerum precipitāte fide
Nec minꝰ albanis acies ſe candida portis
  Explicat. et longis ducitur ordinibus
Exultāt fremitus variaꝝ hincinde viaꝝ
  Indigenę ⁊ piſens plebs et etruſca venit
Cōcurrit ſamnitis atrox. habitator et altę
  Campanus capuę. iamqꝫ nolanꝰ adeſt
Quiſqꝫ ſua lętus cum cōiuge. dulcibꝰ et cum
  Pignoribꝰ: rapidum carpere geſtit iter
Vix capiūt patuli populoꝝ gaudia campi
  Hęret ⁊ in ſpaciꝭ denſa cohors nimiꝭ
Anguſtum tātis illud ſpecus eſſe catervis
  Haud dubium eſt ampla fauce licet pateat
Stat ſꝫ iuxta aliud quod tāta frequētia templum
  Tūc adeat. cultu nobile regifico
Parietibꝰ celſum ſublimibꝰ atqꝫ ſuperba

Maieſtate potens muneribuſq; opulens
Ordo columnarum geminꝰ laquearia tecti
Suſtinet aurati ſuppoſitꝰ trabibus
Adduntur graciles tecto breuiore receſſus
Qui laterum ſeriem iugiter eximient
At medios aperit tractus via latior alti
Culmis exurgēs editiore apice
Fronte ſub aduerſa gradibꝰ ſublime tribunal
Tollitur: antiſtes predicat inde deum
Plena laborātes egre domꝰ accipit omnes
Arctaq; cōfertis eſtuat in foribus
Maternū pandēs gremiū quo cōdat alumnos
Ac foueat fetus accumulata ſuos
Si bene cōmemini colit hūc pulcherrima roma
Idibus auguſti menſis vt ipſe vocat.
Priſco more diem. quem te q; ſancte magiſter
Annua feſta inter dinumerare velim
Crede ſalutigeros feret his veneratibꝰ annos
Lucis honorate premia reſtituens
Inter ſolemnes cypriani vel chelidoni
Eulalieq; dies currat et iſte tibi
Sic te pro pplo cuius tibi credita vita eſt
Orantē chriſtus audiat omnipotēs
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili
Agna nec vlla tuū capta gregē minuat
Sic me gramineo remanētem deniq; campo
Sedulus egrotā paſtor ouem referas
Sic cū lacteolis caulas cōpleueris agnis
Raptus et ipſe ſacro ſis comes hippolyto.

Explicit paſſio ſancti hippolyti epiſcopi

## ¶ Paſſio ſanctorum Ac illuſtriſſimorum chriſti apoſtolorum Petri et Pauli.

¶ Metrū hipponacticū Prim⁹ verſus ꝯſtat duob⁹ dactylis ſpondeo dactylo. duob⁹ trochꝛis. ꝛ ſpondeo vel dactylo. Secū da regio habet metrum Jambicum trimetrum Cathalecticum et ſic hipponacticum dicitur.

Lus ſolito coeūt ad gaudia: dic amice q̄d ſit
Romā ꝑ oēm curſitāt ouātqꝫ
Feſtus ap̄lici nobis redit hic dies triūphi
Pauli atqꝫ petri nobilis cruore.
Unus vtrūqꝫ dies pleno tn̄ innouat⁹ anno
Uidit ſupba morte laureatum.
Scit tyberina palus quę flumine lambit ex ꝓpinquo
Binis dicatū ceſpitem trophꝛis.
Et crucis ꝛ gladij teſtis q̄b⁹ irrigās eaſdem
Bis fluxit imber ſanguis ꝑ herbas.
Prima petꝛ rapuit ſentētia legib⁹ neronis
Perire iuſſum pręminēte ligno
Ille tn̄ veritus celſę decus emulādo mortis
Ambire tanti gloriā magiſtri
Exigit vt pedib⁹ merſum caput imprimāt ſupinis
Quo ſpectet imū ſtipitem cerebro
Figitur ergo man⁹ ſubter ſola verſus in cacumen
Hoc mēte maior quo minor figura
Nouerat ex humili cęlū citius ſolere adiri
Deiecit ora ſpiritum daturus
Ut teres orbis iter. flexi retro ꝯcucurrit anni
Diemqꝫ eundem ſol reduxit ortus
Euomit in iugulum pauli. nero feruidū furorem
Jubet feriri gentium magiſtrum.

Ipſe prius ſibimet finem quia dixerat futurum
Ad chriſtum eundum: iam reſoluor inquit.
Nec mora. protrahitur: pęnę datur: immolatur enſe
Non hora vatem non dies fefellit.
Diuidit oſſa duũ tybris ſacer ex vtraqꝫ ripa
Inter ſacrata dum fluit ſepulcra.
Dextra petrum regio tectis tenet aureis recęptum
Canens oliua murmurans fluento
Namqꝫ ſupercilio ſaxi liquor ortus excitauit
Frondem perennem chriſmatis feracem
Nunc precioſa ruit per marmora lubricatqꝫ cliuũ
Donec virenti fluctuet corymbo
Interior tumuli pars eſt vbi lapſibus ſonoris
Stagnum niuali voluitur profundo
Omnicolor vitreas pictura ſuperna tingit vndas
Muſci relucent ⁊ vireſcit aurum
Cyaneuſqꝫ latex vmbram trahit imminentis oſtri
Credas moueri fluctibus lacunar
Paſtor oues alit ipſe illic gelidi rigore fontis
Videt ſitire quas fluenta chriſti
Parte alia titulum pauli via ſeruat oſtienſis
Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum
Regia pompa loci eſt. princeps bonꝰ has ſacrauit arces
Luſitqꝫ magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus ſupleuit. vt omnis aurulenta
Lux eſſet intus ceu iubar ſub ortu
Subdidit ⁊ parias fuluis laquearibus columnas
Diſtinguit illic quas quaternus ordo
Tunc camiros hyalo inſigni varie cucurrit arcus
Sic prata vernis floribus renident
Ecce duas fidei ſummo patre conferente dotes

Urbi colendas qaas dedit togatę
Aſpice per biſidas plebs romula funditur plateas
Lux in duobus feruet vna feſtis
Nos ad vtrū qꝫ tamen greſſu properemus incitato
Et his ⁊ illis perfruamur hymnis
Ibimus vlterius quo fert via pontis hadriani
Leuam deinde fluminis petemus
Transtyberina prius ſoluit ſacra peruigil ſacerdos
Mox huc recurrit duplicatqꝫ vota
Hęc didiciſſe ſat eſt romę tibi. tum domum reuerſus
Diem bifeſtum ſic colas memento.

## ℂ Paſſio ſancti Cypriani Carthaginenſis epiſcopi Viri doctiſſimi.

ℂ Metrum Archilochicū Conſtans Tetrametro Bucolico et tribus trochęis.

Unica terra tulit quo ſplendeat omne q̄cq̄d vſquā eſt
Inde domo cyprianū ſꝫ decus orbis ⁊ magiſtrum
Eſt ꝓprius patrię martyr. ſꝫ amore ⁊ ore noſter
Incubat in libya ſanguis: ſꝫ vbiqꝫ lingua pollet.
Illa ſuperſtes agit de corpe: ſola obire neſcit
Dum genus eſſe hominū chriſtus ſinet ⁊ vigere mundum
Dum liber vllus erit. dum ſcrinia ſacra litterarum
Te leget omnis amās chriſtum. tua cypriane diſcet.
Spirit⁹ ille dei qui fluxerat auctor in ꝓphetas
Fontibus eloquij te cęlitus actus irrigauit.
O niue candidius linguę genus: o nouū ſaporem
O liquor ambroſius. cor mitigat: imbuit palatum
Sedem animę penetrat: mentem fouet ⁊ pererrat artus
Sic deus interius ſentitur ⁊ inditur medullis.

Unde bonũ ſubitum terris deueris pater reuela.
Deerat apoſtolicis ſcriptis opulẽtus executor
Eligit̃ locuples facũdia q̄ decoret orbem
Quo mage cruda hoīm p̄cordia ꝑpolita noſſent
Siue timoris opꝰ ſeu myſtica vel ꝓfunda chriſti
Unꝰ erat iuuenũ doctiſſimus artibꝰ ſiniſtris
Fraude pudiciciā ꝯſtringere. nil ſacꝝ putare
Sepe etiā magicũ cantamē inire ꝑ ſepulcra
Quo geniale thori ius ſoluerat ęſtuāte nupta
Luxurię rabiē tantę cohibet repēte chriſtꝰ
Diſcutit ⁊ tenebras de pectore: pellit ⁊ furorē
Implet amore ſui: dat credere. dat pudere facta
Jāqz figura alia eſt quā quę fuit oris ⁊ nitoris
Exuitur tenui vultꝰ cute. trāſit in ſeueram.
Defluа cęſaries cōpeſcitur ad breues capillos:
Ipſe modeſta loqui: ſpem q̄rere: regulā tenere:
Juſticiā bibere chriſti: penetrare dogma noſtꝝ.
His igit̃ meritis digniſſimꝰ vſqz epiſcopale
Prouehit̃ ſolium doctor. capit ⁊ ſedile ſummũ.
¶ Ualerianꝰ opum princeps erat atqz galienꝰ
Cōſtuere ſimul pęnā capitis deum fatēti
Milia terrigenũ ſpurciſſima iuſſerāt ſacrari.
Cōtra aīos ppl̄i doctor cyprianꝰ incitabat
Ne q̄s ab egregię v̄tutis honore diſcreparet
Nec fidei preciũ quis ſumere degener timeret
Eſſe leuē cruciatũ. ſi modo cōferat futura
Quę deꝰ ipſe viris ītermina fortibꝰ ſpopondit
Merce doloris emi ſpem luminis ⁊ diem perennē:
Omne malũ volucri ſub tp̄e trāſuolare curſim
Nil graue qđ ꝑagi finis facit ⁊ quiete donat
Se fore principiũ pulchrę necis ⁊ ducem cruoris

Seq̃ʒ caput gladio ſummittere: ſanguinē dicare.
Qui ſociare aīam chriſto velit vt comes ſequatur?
His vbi corda virꝝ chriſto calefacta p̄parauit
Ducitur añ alios ꝓcōſule pfurēte vinct⁹
Antra latēt tyriȩ carthaginis alti⁹ repoſta
Cōſcia tartareȩ caliginis. abdicata ſoli
Clauſus ī his ſpecub⁹ ſcūs cyprian⁹ ⁊ catena
Nexus vtrāq̃ʒ manū. nomē pr̄is īuocat ſupmi
Omnipotēs genitor chriſti de⁹ ⁊ creator orbis
Chriſte parēs hōis quem diligis ⁊ vetas perire
Ille egó vipereis quem tu bon⁹ oblitū venenis
Criminibus varijs tinctū miſerat⁹ abluiſti
Iāq̃ʒ tuū fieri mādas: fio cyprian⁹ alter
Ac nou⁹ ex veteri. neciā reus aut nocēs vt ante
Si lutēū facili chariſmate corp⁹ expiaſti
Viſe libēs tenebris ergaſtula cȩca diſſipatis
Eripe corporeo de carcere vinculiſq̃ʒ mūdi
Hāc aīam liceat fuſo tibi ſanguīe īmolari
Ne qua fexꝝ reprimat clemētia iudicē. tyrāni
Neu ſciat īuidia nuteſcere: gloriā negare.
Da q̄ʒ ne q̇s iners ſit de grege quē tuū regebam
Ne cadat īpatiēs penȩ. titubet ve q̇s tuoꝝ
Incolumē ve numerꝝ reddā tibi debitūq̃ʒ ſoluā.
Vocib⁹ his dn̄m pmouerat: influebat inde
Sp̄us in pplm carthagīs auctor acrioris
Ingenij. ſtimulis vt pectora ſubditis calerēt
Ad decus egregiū diſcrimīe ſanguīs petendum
Nō trepidare docēs. nec cedere nec dolore vinci
Laudis amore rapi. chriſtū ſapere ⁊ fidem tueri.
Fama refert foueā campi ī medio patere iuſſam
Calce vaporifera ſummos ꝙ pe margines refertam.

Saxa recocta vomūt ignem. niueuſqꝫ puluis exit
Urere tacta potēs. ⁊ mortifer ex odore flatꝰ.
Appoſitā memorāt arā fouea ſtetiſſe ſumma
Lege ſub hac: ſalis aut micā iecur ⁊ ſuis litarēt
Chriſticolę: aut medię ſpōte irruerēt in ima foſſę.
Proſiluere alacres curſu rapido ſimul trecēti
Gurgite puluereo merſos liquor aridꝰ vorauit
Pręcipitēqꝫ globū fundo tenus īplicauit imo:
Corpa cādor habet: cādor vehit ad ſupna mētes
Candida maſſa dehinc dici meruit ꝑ omne ſeclum.
Lętior interea iā taſcius ob diem ſuoꝝ
Siſtitur in domiti ꝓconſulis ęminus furori.
Exerce iuſſus erat q̇d viueret: vnicultor inq̇t
Dogmatis atqꝫ loci: iuſſus genꝰ: eſt dianus inquit:
Seruo ſalutiferi myſteria cōſecrata chriſti
Ille ſub hęc: ſat (ait) iam crimīs ipſe cōfitetur
Taſcius ipſe iouis fulmē negat: expedite ferrum
Carnifices: gladio pęnam luat hoſtis idoloꝝ.
Ille deo meritas grates agit ⁊ canit triumphās.
Fleuit abire viꝝ męſta africa. quo docēte facta eſt
Cultior: eloquio cuiꝰ ſibi docta gloriatur:
Mox tumulū lachrymās ſtruxit. cinereſqꝫ cōſecrauit.
Deſine flere bonū tantum: tenet ille regna cęli
Nec minꝰ inuolitat terris. nec ab hoc recedit orbe
Diſſerit. eloquitur. tractat. docet. inſtruit. ꝓphetat.
Nec libyę pplos tantū regit: exituſqꝫ in ortum
Solis ⁊ vſqꝫ obitū gallos fouet. ībuit britannos
Preſidet heſperię. chriſtum ſerit vltimis hiberis
Deniqꝫ doctor humi eſt: idem quoqꝫ martyr in ſupernis:
Inſtruit hic hoīes: illinc pia dona dat patronꝰ:

¶ Paſſio ſancti Cypriani deſinit.

¶ Hymnus in honore decem et nouē
Martyrum Cęſarauguſtanorum

¶ Metrum Sapphicum.

Js nouem noſter populus ſub vno
Martyrum ſeruat cineres ſepulcro.
Ceſarauguſtam vocitamus vrbem
¶ Res cui tanta eſt.
Plena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam
Tot ſinu geſtans ſimul offerenda
¶ Munera chriſto.
Cum deus dextram quatiens coruſcam
Nube ſubnixus veniet rubente
Gentibus iuſtam poſiturus ęquo
¶ Pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
Obuiam chriſto properanter ibit
Ciuitas quęq; precioſa portans
¶ Dona caniſtris
Afra carthago tua promet oſſa
Ore facundo cypriane doctor:
Corduba aſcidum dabit ⁊ zoellum
¶ Tresq; coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeras chriſto genitrix piorum
Tarraco. intexit cui fructuoſus
¶ Sutile vinclum.
Nomen hoc gemmę ſtrophio alligatum eſt
Emicant iuxta lapides gemelli:
Ardet ⁊ ſplendor parilis duorum

¶ Igne coruſco.
Parua fęlicis decus exhibebit.
Artubus ſanctis locuples gerunda
Noſtra geſtabit calagurris ambos.
¶ Quos veneramur.
Barchion claro cucuſate fręta.
Surget. et plauſo ſpetioſa narbo.
Teqꝫ prępollens arelas habebit.
¶ Sancte geneſi.
Luſitanorum caput oppidorum.
Vrbs adoratę cineres puellę
Obuiam chriſto rapiens ad aram.
¶ Porrigit ipſam
Sanguinem iuſti cui paſtor hęret
Ferculum duplex geminumqꝫ donum.
Ferre complutum gremio iuuabit
¶ Membra duorum
Ingeret tingis ſua caſſianum
Feſta maſillum monumenta regum
Qui cinis gentes domitas coegit.
¶ Ad iuga chriſti.
Singulis paucę tribus aut duobus
Forſan et quinis aliquę placebunt
Teſtibus chriſti prius hoſtiarum.
¶ Pignore functę.
Tu decem ſanctos reuehes et octo.
Cęſaraugusta ſtudioſa chriſti
Verticem flauis oleis reuincta
¶ Pacis honore.
Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas domino paraſti.

Sola prędiues pietate multa
¶ Luce frueris.
Vix parens orbis populoſa pęni
Ipſa vix roma in ſolio locata
Te decus noſtrum ſuperare digna eſt
¶ Munere in iſto.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis. excluſit genus inuidorum
Dęmonum: et nigras pepulit tenebras
¶ Urbe piata
Nullus vmbrarum latet intus horror
Pulſa nam peſtis populum refugit:
Chriſtus in totis habitat plateis.
¶ Chriſtus vbiqꝫ eſt
Martyrum credas patriam coronis
Debitam ſacris: chorus vnde ſurgens
Tendit in cęlum niueus togatę
¶ Nobilitatis.
Inde vincenti tua palma nata eſt
Clerus hic tantum peperit triumphum
Hic ſacerdotum domus infulata
¶ Valeriorum.
Sęuus antiquis quotiens procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem:
Triſtior templum rabies in iſtud.
¶ Intulit aras.
Nec furor quiſquam, ſine laude noſtrum
Ceſſit. aut clari vacu us cruoris.
Martyrum ſemper numerus ſub omni
¶ Grandine creuit.
Nonne vincenti peregre necandus

Martyr his terris tenui notaſti:
Sanguinis rore ſpeciem futuri.
¶ Morte propinqua.
Hoc colunt ciues. velut ipſa membra:
Ceſpes includat ſuus. ⁊ paterno
Seruet amplectens tumulo beati
¶ Martyris oſſa.
Noſter eſt. q̄uis procul hinc. in vrbe:
Paſſus ignota. dederit ſepulcri
Gloriam victor prope littus alti
¶ Forte ſagunti.
Noſter. et noſtra puer in paleſtra.
Arte virtutis. fideiqꝫ oliuo
Unctus. horrendum didicit domare.
¶ Uiribus hoſtem.
Nouerat templo celebres in iſto
Octies partas deciesqꝫ palmas.
Laureis doctus patrijs eadem.
¶ Laude cucurrit.
Hic et encrate recubant tuarum
Oſſa virtutum: quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo:
¶ Dedecoraſti.
Martyrum nulli remanente vita:
Contigit terris habitare noſtris:
Sola tu morti proprię ſuperſtes.
¶ Uiuis in orbe
Uiuis ac pęne ſeriem retexis:
Carnis ac cęſę ſpolium retentans.
Tetra quam ſulcos habeant amaros.
¶ Uulnera narras.

Barbarus tortor latus omne carpſit
Sanguis impenſus. lacerata membra
Pectus abſciſſa patuit papilla.
¶ Corde ſub ipſo
Jam minus mortis precium peractum eſt:
Quę venenatos abolens dolores
Concitam membris tribuit quietem
¶ Fine ſoporo.
Cruda te longum tenuit cicatrix
Et diu venis dolor heſit ardens
Dum putreſcentes tenuat medullas
¶ Tabidus humor.
Inuidus q̃uis obitum ſupremum
Perſecutoris gladius negarit.
Plena te martyr tamen vt peremptam
¶ Pena coronat.
Vidimus partem iecoris reuulſam
Ungulis longe iacuiſſe preſſis:
Mors habet pallens aliquid tuorum
¶ Te quoqz viua
Hunc nouū noſtrę titulum fruendum
Cęſarauguſtę dedit ipſe chriſtus.
Juge viuentis domus vt dicata
¶ Martyris eſſet.
Ergo ter ſenis ſacra candidatis.
Diues optato ſimul et luperco
Perge conſcriptum tibimet ſenatum.
¶ Pangere pſalmis
Ede ſucceſſum: cane martialem
Mors ⁊ vrbani tibi concinatur
Juliam cantus reſonet ſimulqz

¶Quintilianum.
Publium cantet chorus.et reuoluat
Quale frontonis fuerit trophęum.
Quid bonus fęlix tulerit: quid acer
¶Cecilianus.
Quantus heuuanti tua bella ſanguis
Tinxerit: quantus tua primitiue.
Tum tuos viuax recolat triumphos
¶Laus apodemi.
Quattuor poſthinc ſupereſt virorum
Nomen extolli renuente metro
Quos ſaturninos memorat vocatos
¶Priſca vetuſtas
Carminis leges amor aureorum
Nominum parui facit.et loquendi
Cura de ſanctis vicioſa non eſt
¶Nec rudis vnquam.
Plenus eſt artis modus.annotatas
Nominum formas recitare chriſto
Quas tenet cęli liber explicandus
¶Tempore iuſto.
Octo tunc ſanctos recolet decemqȝ
Angelus coram patre filioqȝ
Vrbis vnius regimen tenentes.
¶Iure ſepulcri.
Quin ad antiquum numerum trahetur
Viua poſt pęnę ſpecimen puella
Morſqȝ vincenti cui ſanguis hinc eſt
¶Fons et honoris
Additis gayo (nec enim ſilendo)
Teqȝ crementi. quibus incruentum

Ferre prouenit decus ex ſecundo.
¶ Laudis agone.
Ambo confeſſi dominum ſteterunt
Acriter contra fremitum latronum
Ambo guſtarunt leuiter ſaporem
¶ Martyriorum.
Hęc ſub altari ſita ſempiterno
Lapſibus noſtris veniam precatur.
Turba. quam ſeruat procerum creatrix
¶ Purpureorum.
Nos pio fletu date perluamus
Marmorum ſulcos. quibus eſt operta
Spes: vt abſoluant retinaculorum.
¶ Vincla meorum.
Sterne te totam generoſa ſanctis
Ciuitas mecum tumulis: deinde
Mox reſurgentes animas ⁊ artus.
Tota ſequeris.

## ¶ Paſſio Sancte Agnetis virgis et martyris

¶ Metrum Alchaicum cōſtat Spondeo Bacchio ⁊ duobus dactylis.
Gnis ſepulchꝝ eſt romulea in domo
Fortis puellę ⁊ martyris inclytę
Conſpecto in ipſo condita turrium
Seruat ſalutem virgo quiritum
Nec non ⁊ ipſos protegit aduenas
Puro ac fideli pectore ſupplices.
Duplex corona eſt pręſtita martyri
Intactum ab omni crimine corpus eſt
Mortis deinde gloria liberę

Aiunt iugali vix habilem thoro
Primis in annis forte puellulam
Christo calentem. fortiter impijs
Juſſis reniſam: quo minus idolis
Addicta. ſacram desereret fidem
Tentata multis nam prius artibus
Nunc ore blandi iudicis illice
Nunc ſęuientis carnificis minis
Stabat feroci robore pertinax
Corpuſq; duris excruciatibus
Ultro offerebat non renuens mori.
Tum trux tyrannus: ſi facile eſt (ait)
Pęnam ſubactis ferre doloribus
Et vita vilis ſpernitur: at pudor
Charus dicatę virginitatis eſt.
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt. ad aram ni caput applicet
Ac de minerua iam veniam roget.
Quam virgo pergit temnere virginem.
Omnis iuuentus irruet. ⁊ nouū
Ludibriorum mancipium petet.
Haud (inquit agnes) immemor eſt ita
Christus ſuorum: perdat vt aureum
Nobis pudorem. nos quoq; deſerat
Pręſto eſt pudicis. nec patitur ſacrę
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis ſanguine ſi voles
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam publicitus iubet
Flexu in plateę ſiſtere virginem
Stantem refugit męſta frequentia

Auerſa vultus. ne petulantius
Quiſquam verendum conſpiceret locum.
Intendit vnus forte procaciter
Os in puellam: nec trepidat ſacram
Spectare formam lumine lubrico
En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens atqꝫ oculos ferit:
Cęcus coruſco lumine corruit
Atqꝫ in plateę puluere palpitat
Tollunt ſodales ſeminecem ſolo
Verbiſqꝫ deflent exequialibus
Ibat triumphans virgo. deum patrem
Chriſtumqꝫ ſacro carmine concinens
Qđ ſub prophani labe periculi
Caſtum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces
Fudiſſe chriſto. redderet vt reo
Lucem iacenti: tunc iuueni halitum
Vitę innouatum viſibus integris.
Primum ſed agnes hunc habuit gradum
Cęleſtis aulę: mox alius datur:
Accenſus iram nam furor incitat
Hoſtis cruenti. vincor ait gemens
Iam ſtringe ferrum miles. et exere
Pręcepta ſummi regia principis.
Vt vidit agnes ſtare trucem virum
Mucrone nudo. lętior hęc ait
Exulto talis ꝙ potius venit
Veſanus atrox turbidus armiger
Quam ſi veniret languidus ac tener

Molliſqꝫ ephębus tinctus aromate
Qui me pudoris funere perderet.
Hic hic amator iam fateor placet
Ibo irruentis greſſibus obuiam
Nec demorabor vota calentia
Ferrum in papillas omne recepero
Pectuſqꝫ ad imum vim gladij traham
Sic nupta chriſto tranſiliam poli
Omnes tenebras ęthere celſior.
Eterne rector diuide ianuas
Cęli obſeratas terrigenis prius
Ac te ſequentem chriſte animam voca.
Con virginalem tum patris hoſtiam.
Sic fata: chriſtum vertice cernuo
Supplex adorat. vulnus vt imminens
Ceruix ſubiret prona paratius
Aſt ille tantam ſpem peragit manu.
Vno ſub ictu nam caput amputat
Senſum doloris mors cita pręuenit
Excitus inde ſpiritus emicat
Liberqꝫ in auras exilit: angeli
Sępſere euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus ſitum
Spectat tenebras ardua ſubditas:
Ridetqꝫ ſolis quod rota circuit
Quod mundus omnis voluit ⁊ implicat
Rerum qđ atro turbine viuitur
Quod vana ſęcli mobilitas rapit
Reges tyrannos imperia ⁊ gradus
Argenti et auri vim rabidā ſiti
Cunctis petitam per varium nefas.

Splendore multo ſtructa habitacula
Illuſa pictę veſtis inania
Iram.timorem.vota.pericula:
Nūc triſte lōgum.nūc breue gaudium.
Liuoris atri fumificas faces
Nigreſcit vnde ſpes hoīm ⁊ decus
(Et quod maloꝝ eſt tetrius omnium)
Gentilitatis ſordida nubila.
Hęc calcat agnes ac pede proterit
Stans ⁊ draconis calce premens caput:
Terrena mūdi qui ferus omnia
Spargit venenis.mergit ⁊ inferis
Nunc virginali perdomitus ſolo
Criſtas cerebri deprimit ignei
Nec victus audet tollere verticem:
Cingit coronis interea deus
Frontem duabus martyris innubę
Unam decemplex ędita ſexies
Merces perenni lumine conficit
Centenus extat fructus in altera.
O virgo fęlix o noua gloria
Cęleſtis arcis nobilis incola
Intende noſtris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate
Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit
Caſtum vel ipſum reddere fornicem
Purgabor oris propiciabilis
Fulgore.noſtrum ſi iecur impleas
Nil non pudicum eſt quod pia viſere
Dignaris.almo vel pede tangere:

¶ Exeſt paſſio ſanctę Agnetis ỽgis

¶ Hymnꝰ in honore scē Eulalię v̄gis ⁊ martyris

¶ Metrum Dactylicum Hypercathalecticum Pentastrophon quod Alcinanium dicitur.

g Ermīe nobil' Eulalia
mortꝭ ⁊ īdole nobilior
ēmeritā sacra v̄go suā
cuiꝰ ab vbere ꝓgenita est
ossibꝰ ornat. amore colit.
Proximꝰ occiduo locꝰ est
qui tulit hoc decꝰ egregiū
vrbe potēs. pp̄lis locuples
sed mage sanguīe martyrij
virgineoqꝫ potēs titulo.
Curriculis tribꝰ atqꝫ nouē
tres hyemes q̄ter attigerat
cū trepidāte pyra trepidos
terruit aspera carnifices
suppliciū sibi dulce rata
Iā dederat prius indiciū
tendere se patris ad soliū
nec sua mēbra dicata thoro.
ipsa crepūdia reppulerat
ludere nescia pusiola
Spernere sucina. flere rosas
fulua monilia respuere
ore seuera. modesta gradu
moribꝰ ⁊ nimiū teneris
caniciē meditata senū
Ast vbi se furiata lues
excitat in famulos dn̄i
christicolasqꝫ cruēta iubet
thura cremare. iecur pecudis.
mortiferis adolere deis
Infremuit sacer eulalię
spūs. ingenijqꝫ ferox
turbida frāgere bella parat
et rude pectꝰ. anhela deo
fęmina ꝓuocat arma virū
Sꝫ pia cura parētis agit
virgo aīosa domi vt lateat
abdita rure ⁊ ab vrbe ꝓcul
ne fera sanguis in p̄cium
mortis amore puella ruat
Illa perosa quietis opem
degeneri tolerare mora
nocte fores sine teste mouet
septaqꝫ claustra fugax aperit
inde ꝑ auia carpit iter.
Ingreditur pedibꝰ laceris
per loca septa situ ⁊ vepribꝰ
angelico comitata choro

et licet horrida nox ſileat
lucis habet tñ illa ducem.
Sic habuit generoſa patꝝ
turba colũnifex radiũ
ſcindere q̃ tenebroſa potẽs
nocte viã face ꝑſpicua
pręſtitit intereũte chao.
Nõ aliter pia ꝟgo dcũ
nocte ſecuta. diem meruit
nec tenebris adoperta fuit
regna canopica cũ fugeret
et ſup aſtra pararet iter.
Illa gradu cita ꝑuigili
milia multa prius ꝑagit
quã plaga pãdat eoa polũ
mane ſupba tribunal adit
faſcibꝰ aſtitit ꝛ medijs
Vociferãs rogo q̃s furor eſt
perdere ꝑcipites aĩas
et male ꝓdiga corda ſui
ſternere raſilibꝰ ſcopulis
omnipatrẽqꝫ negare deũ?
Quęritis o miſerãda manus
chriſticolũ genꝰ. en ego ſum
dęmonicis inimica ſacris
idola protero ſub pedibꝰ
pectore ꝛ ore deũ fateor.
Iſis. apollo. venꝰ nihil eſt
maximianꝰ ꝛ ipſe nihil.
illa nihil. quia facta manu
hic. manuũ quia facta colit;
friuola vtraqꝫ ꝛ vtraqꝫ nihil:
Maximianꝰ opum dñs
et tñ ipſe cliens lapidũ
ꝓſtituat foueatqꝫ ſuis
numinibꝰ caput ipſe ſuũ:
pectora cur generoſa quatit?
Dux bonꝰ. arbiter egregiꝰ
ſanguĩe paſcitur innocuo
corporibuſqꝫ pijs inhiãs
viſcera ſobria dilacerat
gaudet ꝛ excruciare fidẽ
Ergo age tortor adure. ſeca
diuide membra coacta luto
ſoluere rem fragilẽ facile eſt
nõ penetrabitur interiorꝰ
exagitãte dolore animus.
Talibus excitꝰ in furias
prętor. ait rape pręcipitẽ
lictor. ꝛ obrue ſupplicijs
ſentiat eſſe deos patrios
nec leue principis imperium
Quã cuperem tamen añ necẽ
ſi potis es reuocare tuam

torua puellula nequiciã
reſpice gaudia quãta metas
quę tibi fert genialis honor
Te lachrymis labefacta dom⁹
proſequitur. generiſqꝫ tui
ingemit anxia nobilitas
flore q̄ꝙ occidis in tenero
proxima dotib⁹ ꝛ thalamo
Nõ mouet aurea põpa thori
nõ pietas venerãda ſenũ
quos temeraria debilitas?
ecce parata miniſteria
excruciabilis exitij
Aut gladio feriere caput
aut laniabere mẽbra feris
aut facib⁹ data fumificis
flebiliterqꝫ vlulãda tuis
in cineres reſoluta flues.
Hęc rogo q̄s labor eſt fugere
ſi modicũ ſalis eminulis
thuris ꝛ exiguũ digitis
tangere ꝟgo benigna velis
pęna ꝑcul grauis abfuerit.
Martyr ad iſta nihil: ſed enim
infremit. inqꝫ tyrãni oculos
ſputa iacit: ſimulacra dehinc
diſſipat: impoſitamqꝫ molam.
thuribulis. pede ꝓſubigit
Nec mora. carnifices gemini
iuncea pectora dilacerãt
et lat⁹ vngula ꝟgineũ
pulſat vtrumqꝫ ꝛ ad oſſa ſecat
eulalia numerante notas
Scriberis ecce mihi dñe
quã iuuat hos apices legere
qui tua chriſte trophea notãt.
nomẽ ꝛ ipſa ſacꝝ loq̄tur
purpura ſanguĩs eliciti.
Hęc ſine fletib⁹ ꝛ gemitu
lęta canebat ꝛ intrepida
dirus abeſt dolor ex aĩo
mẽbraqꝫ picta cruore nouo
fonte cutẽ recalẽte lauãt.
Vltima carnificina dehinc
nõ laceratio vulnifica
creten⁹ nec arata cutis:
flãma ſꝫ vndiqꝫ lãpadib⁹
in latera ſtomachũqꝫ furit.
Crinis odorus vt in iugulos
fluxerat inuolitãs humeris
quo pudibũda pudicicia
virgineuſqꝫ lateret honos
tegmine verticis oppoſito.
Flãma crepãs volat in faciem

perqꝫ comas vegetata caput
occupat.exuperatqꝫ apicē
virgo citū cupiēs obitū
appetit ⁊ bibit ore rogū.
Emicat inde colūba repens:
martyris os niue cādidior
viſa relinquere.⁊ aſtra ſequi
ſpiritꝰ hic erat eulalię
lacteolꝰ.celer.innocuus.
Colla fluūt abeūte aīa
et rogus igneus emoritur
pax datur artubꝰ exanimis
flatus in ęthere plaudit ouās
templaqꝫ celſa petit volucer.
Vidit ⁊ ipſe satelles auē
fęminę ab ore meare palā
obſtupefactꝰ ⁊ attonitus
proſilit ⁊ ſua geſta fugit
lictor ⁊ ipſe fugit pauidꝰ.
Ecce niuem glacialis hyems
ingerit.⁊ tegit omne foꝝ
mēbra tegit ſimul eulalię
axe iacētia ſub gelido.
pallioli vice linthœli.
Cędat amor lachrymātū hoīꝫ
qui celebrare ſup̄ma ſolēt
flebile cedat ⁊ officiū
ipſa elemēta iubente deo
exequias tibi ꝟgo ferūt.
Nūc locꝰ emerita eſt tumulo
clara colonia vetonię
quā memorabilis amnis ana
pręterit.⁊ viridāte rapax
gurgite męnia pulcra lauat
Hęc vbi mar more ꝑſpicuo
atria luminat alma nitor
et peregrinꝰ ⁊ indigena
relliq̄as cinereſqꝫ ſacros
ſeruat humꝰ venerāda ſinu
Tecta coruſca ſuprutilāt
de laquiaribꝰ aureolis
ſaxaqꝫ cęlſa ſolū variant
floribꝰ vt roſulēta putes
prata rubeſcere multimodis
Carpite purpureas violas
ſanguineoſqꝫ crocos metite
nō caret his genialis hyems
laxat ⁊ arua tepēs glacies
floribꝰ vt cumulet calathos
Iſta comantibꝰ e folijs
munera ꝟgo puerqꝫ date
aſt ego ſerta choro in medio
texta ferā pede dactylico
vilia.marcida.feſta tamē.

Sic veneracier oſſa libet
oſſibus altari et impoſitum
illa dei ſita ſub pedibus
proſpicit hic: populoſqꝫ ſuos
carmine propiciata fouet:

¶ Hymnꝰ in honore beatiſſimorū martyrū Fructuo-
ſi epiſcopi tarraconenſis eccleſię Augurij et Eulo-
gij diaconorū.

¶ Metrū Endecaſyllabū q̄d faleutiū dicitur.

f Elix tarraco fructuoſe veſtris
Attollit caput ignibꝰ coruſcum
Leuitis geminis procul relucens
Hiſpanos deus aſpicit benignus
Arcem quandoquidem petens hiberam
Trino martyre trinitas coronat.
Ardens augurius capeſſit ętheram
Necnon eulogius ſimul ſuperbum
Chriſti lucidus ad ſedile tendit
Dux et pręuius ⁊ magiſter illis
Ad tantum decus ex epiſcopali
Clarus nomine fructuoſus ibat.
Accitus quia pręſidis repente
Juſſu venerat ad forum ſacerdos
Leuitis comitantibus duobus
Inde ad carceream viros catenam,
Paſtus ſanguine carnifex trahebat
Gaudet currere fructuoſus vltro
Ac ne quis ſocios timor feriret
Pręceptor vehemēs eundo firmat
Incenditqꝫ fidem calore chriſti

Mecum ſtate viri: vocat cruentus
Ad pęnam coluber dei miniſtros
Neu mors terreat. eſt parata palma.
Carcer chriſticolis gradus coronę eſt
Carcer prouehit ad ſuperna cęli
Carcer conciliat deum beatis
His dictis. adeunt ſpecum reorum
Exercent ibi myſticum lauacrum
Et purgamina quę ſtupent tenebrę
Sex hic continuis latent diebus
Tandem ſtant trucis ad tribunal hoſtis
Fratres ter geminos tremũt cataſtę
Iudex emilianus imminebat
Atrox. turbidus. inſolens prophanus
Aras dęmonicas coli iubebat
Tu qui doctor (ait) ſeris nouellum
Cõmenti genus. vt leues puellę
Lucos deſtituant. iouem relinquant:
Damnes (ſi ſapias) anile dogma
Iuſſum eſt principis ore galieni
Quod princeps colit hoc colamus omnes.
Hęc ſanti placidus refert ſacerdos
Eternum colo princi pem dierum
Factorem dominumqꝫ galieni
Et chriſtum patre proſatum perenni
Cuius ſum famulus gregiſqꝫ paſtor.
Subridens ait ille. iam fuiſti.
Nec differt furor aut refrenat iram.
Sęuis deſtinat ignibus cremandos.
Exultant: prohibentqꝫ flere vulgus.
Quoſdam de populo videt ſacerdos

Libandum ſibi poculum offerentes.
Ieiunamus (ait) recuſo potum
Nondum nona diem reſignat hora
Nunqꝫ cõuiolabo ius dicatum
Nec mors ipſa ſacrum meum reſoluet
Sic chriſtus ſitiens crucis ſub hora
Oblatum ſibi poculum recuſans
Nec libare volens ſitim peregit
Intrant interea locum rotunda
Concluſum cauea. madens ferarum
Multo ſanguine quem furor frequētat
Tum ſpectacula perſtrepūt cruenta
Ac vilis gladiator enſe duro
Percuſſus cadit. ac fremit voluptas
Hinc flammāte pyra niger miniſter
ardēs ſupplicium parare iuſſus
Conſtruxit facibus rogum ſupremis
Qui dum corpora concremāda ſoluit
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro
Certant officijs pij ſodales
Plantis calciamenta diſſolutis.
Pronus detrahere ſtudebat vnus
Sed ſanctus vetat ora fructuoſus
Inclinata premi: faceſſite (inquit)
Ne noſtram grauet obſequela mortem.
Atquin ipſe meos pedes reſoluam;
Ne veſtigia prępedita vinclis
Tardis greſſibus irruāt in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur veſtri memor vt fiam rogatis?

Cunctis ꝓ populis rogabo chriſtum.
Vix hęc ediderat. relaxat ipſe
Indumēta pedū: velut moyſes
Quondam fecerat ad rubum ꝓpinquās
Nō calcare ſacram cremationem
Aut aſtare deo prius licebat:
Quam veſtigia pura figerentur
Stabat calcę mera: reſultat ecce
Cęlo ſpiritus. ⁊ ferit loquelam
Quę cunctos tremefecit audientes
Non eſt (credite) pęna quā videtis
Quę puncto tenui citata trāſit
Nec vitam rapit illa. ſȝ reformat.
Fęlices animę quib⁹ per ignem
Celſa ſcandere contigit tonantis
Quas olim fugiet perennis ignis.
Hęc inter. rapidis focos crepantes
Intrant paſſibus: ⁊ minātur ipſis
Flammarum crepitantibus caminis.
Nexus deniqȝ qui manus retrorſum
In tergum reuocauerāt reuinctas
Intacta cute deciderūt aduſti
Non auſa eſt cohibere pęna palmas
In morem crucis ad patrem leuādas.
Soluit brachia quę deum pręcentur.
Priſcoꝝ ſpecimen triū putares
Quos olim babylonicū per ignem
Cantātes. ſtupuit tremens tyrānus
Illis ſed pia flamma tum pepercit
Nondum tempore paſſionis apto
Nec mortis decus inchoante chriſto.

Hos cum defugeret vaporus ardor
Orant vt celer ignis aduolaret
Et finem daret anxijs periclis.
Exorata ſuos obire tandem
Maieſtas famulos iubet. caducis
Miſſis corporibus ſibiqꝫ reddi.
Vidit pręſidis ex domo ſatelles
Cęlum martyribus patere apertum
Inſigneſqꝫ viros per aſtra ferri.
Quin ⁊ filiolę monens herili
Oſtendit ſceleris notam paterni.
Cęlo viuere quos forum peremit.
Hęc cum virginitas palam videre
Per ſudum meruit patente cęlo
Vt crimen dñi domus timeret
Tum de corporibus ſacris fauillę
Et perfuſa mero leguntur oſſa
Quę raptim ſibi quiſqꝫ vendicabat:
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctoꝝ cinerum dicata dona
Aut geſtare ſinu fidele pignus
Sed ne relliquias reſuſcitandas
Et mox cum domino ſimul futuras
Diſcretis loca diuidant ſepulcris
Cernūtur niueis ſtolis amicti
Mandant reſtitui. cauoqꝫ claudi
Mixtim marmore puluerem ſacratum.
O triplex honor. o triforme culmen
Quo noſtrę caput excitatur vrbis
Cunctis vrbibus eminens hiberis.
Exultare quibus libet patronis

Quorum pręſidio fouemur omnes
Terrarum populi pyrenearum.
Circumſtet chorus ex vtroqȝ ſexu
Heros. virgo. puer. ſenex. anicla
Veſtrum pſallite rite fructuoſum
Laudans augurium reſultet hymnus
Mixtis eulogium modis coęquans
Reddamus paribus pares camęnas
Hinc aurata ſonent in arce tecta
Blandum litoris extet inde murmur
Et carmen freta feriata pangant
Olim tempus erit ruente mundo
Cum te tarraco fructuoſus acri
Soluet ſupplicio tegens ab igni
Fors dignabitur ⁊ meis medelam
Tormentis dare proſperante chriſto
Dulces endecaſſyllabos reuoluens.

Exeſt paſſio fructuoſi epiſcopi Augurij et Eulogij diaconorum.

Hymnus in honore Quirini btiſſimi martyris. Eccleſię Suſcianę
Metrium Gliconium Pentaſtrophon Conſtans ſpondeo Coriambo et Pyrrichio.

i Nſignē meritis virū
quirinum placitū deo
vrbis męnia ſuſcię
conceſſum ſibi martyrem
complexu patrio fouent.
Hic ſub galerio duce
qui tunc illyricos ſinus
vrgebat ditionibus.

fertur catholicã fidem
illuſtraſſe per exitũ.
Nõ illũ gladij rigor
nõ incẽdia nõ ferę
crudeli interitu necãt
ſz lymphis fluuialib⁹
gurges dum rapit abluit
Nil refert vitreo ę quore
an de flumĩe ſanguis
tinguat paſſio martyrem
ęque gloria ꝑuenit
fluctu quolibet vuida
Sũmo põtis ab ardui
ſanctę plebis epiſcop⁹
in pręceps fluuio datur
ſuſpẽſum laqueo gerẽs
ingẽti lapidẽ mole.
Deiectũ placidiſſimo
amnis vertice ſuſcipit
nec mergi patitur ſibi
miris vaſta natatib⁹
ſaxi pondera ſuſtinẽs
Spectãt ęminus e ſolo
doctorem pauidi greges
nã chriſti ppl's frequẽs
ripaꝫ ſinuamina
ſtipato agmine ſepſerat

Sz quirin⁹ vt eminens
os circũtulit heu ſuos
extẽplo trepidos videt
nil ipſe ꝓprij memor
inter ſtagna periculi
Cõfirmat pia pectora
verbis mirificis rogãs.
ne quẽ talia terreãt
neu cõſtans titubet fides
aũt pęnam putet. emori
Dicentem fluitantib⁹
amnis terga vehũt vadis
nec ſubſtrata ꝓfunditas
ſaxoqz ⁊ laqueo virum
audet ſponte dehiſcere
Senſit martyr epiſcop⁹
iam portã ſibi pręripi
palmã mortis ⁊ exit⁹:
aſcenſumqz negarier
ęterni ad ſolium patris
Hieſu cũctipotẽs (ait)
haud quaq̃m tibi gloria
hęc eſt inſolita aut noua
calcare fremitũ maris
prona ⁊ flumina ſiſtere
Scim⁹ diſcipulũ petꝛ
cum veſtigia tingueret

mortali trepidus pede.
dextrę ſubſidio tuę
ſubiecisse ſalum ſolo
Jordanem quoqꝫ nouim⁹
tortis vorticib⁹ vagum
dum fertur rapido impetu
ad fontē refluis retro
cōfugiſſe meatib⁹
Hęc miracula ſunt tuę
virtutis dn̄e. vt modo
ſuſpēdat. breue p̄natās
ſummo gurgite flumis
cum collo ſcopulū trahā.
Jam plen⁹ titalus tui eſt

et vis ꝑdita nomis
qua gētilis hꝫ ſtupor.
abſoluas p̄cor optime
hui⁹ nūc aię moras.
Quid poſſis ꝓbat amnic⁹
qui vectat ſilicē liquor:
hoc iam qđ ſupeſt cedo
quo nil eſt p̄cioſius
pro te chriſte de⁹ mori.
Orantem ſimul halit⁹
et vox deſerit ⁊ calor.
ſcandit ſp̄us ardua:
fit pond⁹ graue ſaxeū.
corp⁹ ſuſcipiūt aquę.

## ❡ Expeſt paſſio ſci Quirini epiſcopi.

## ❡ Paſſio ſancti Caſſiani martyris foricornelienſis.

❡ Carmen exametro iambicoqꝫ verſu alternatum

ylla forꝫ ſtatuit corneli⁹. hoc itali vrbem
Vocāt ab ipſo cōditoris nomie
Hic mihi cum peterē te rex maxima roma
Spes eſt oborta ꝓpiciū chriſtum fore.
Strat⁹ humi tumulo aduoluebar. quem ſacer ornat
Martyr dicato caſſianus corpore.
Tum lachrymās mecū reputo mea vulnera. ⁊ omnes
Vitę labores | ⁊ dolorum acumina.

Erexi ad cęlum faciem stetit obuia contra
Fucis coloꝝ picta imago martyris
Plagas mille gerēs. totos lacerata ꝑ artus
Ruptam minutis p̄ferens pūctis cutem
Innumeri circū pueri (miserabile visu)
Confossa paruis membra figebāt stilis
Unde pugillares soliti ꝑcurrere cęras
Scholare murmur annotātes scripserāt.
Edituus cōsult⁹ ait. qd̄ ꝓspicis hospes
Nō est inanis aut anilis fabula
Historiā pictura refert. quę tradita libris
Ueram vetusti tp̄is mōstrat fidem.
Pręfuerat studijs iuuenilib⁹: et gregē multo
Septus magister litteraꝝ sederat.
Uerba notis breuib⁹ comprēdere cūcta perit⁹
Raptimqꝫ pūctis dicta prępetib⁹ sequi,
Aspera nōnunqꝫ pręcepta ⁊ tristia visa
Impube vulg⁹ mouerāt ira ⁊ metu
Doctor amar⁹ em̄ discenti semꝑ ephębo
Nec dulcis vlli disciplina infantię est
Ecce fidem quatiēs tempestas sęua premebat
Plebem dicatam christianę glorię.
Extrahitur cętu e medio moderator alumni
Gregis. qr aris supplicare spreuerat.
Pęnaꝝ artifici quęrēti qd̄ gen⁹ artis
Uir nosset. alto tam rebellis spiritu.
Respōdent. agmen teneꝝ puerilē gubernat
Fictis notare ꝟba signis imbuens.
Ducite (cōclamat) captiuū ducite. ⁊ vltro
Donetur ipsis verberator paruulis.
Ut libet illudāt. lacerēt impune. manusqꝫ

Tinguāt magiſtri feriatas ſanguine.
Ludū diſcipulis volupe eſt vt p̄bꝫat ipſe
Doctor ſeuerꝰ. quos nimis coercuit.
Vincitur poſt terga manꝰ ſpoliatꝰ amictu
Adeſt acutis agmen armatū ſtilis
Quātum quiſqꝫ odij tacita cōceperat ira
Effudit ardēs felle tandē libero.
Conijciūt alij fragiles. inqꝫ ora tabellas
Frangūt. relida frōte lignū diſſilit.
Buxa crepāt cerata. genis impacta cruētis
Rubetqꝫ ab ictu curue turgēs pagina.
Inde alij ſtimulos ⁊ acumina ferrea vibrant
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur
Et qua ſecti apices abolētur. ⁊ ęquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area
Hinc foditur chriſti cōfeſſor ⁊ inde ſecatur.
Pars viſcus intrat molle. pars ſcindit cutem.
Omnia mēbra manꝰ pariter fixere ducētę
Totidēqꝫ guttę vulneꝝ ſtillāt ſimul
Maior tortor erat q̇ ſumma pupugerat infans
Quā qui ꝓfunda ꝑforarat viſcera
Ille quidē qm̄ percuſſor morte negata
Seuire cōſueuit doloꝝ ſpiculis
Hic quāto interius vitalia cōcita punit
Plus dat medelę dum necem ꝓpe applicat.
Eſte precor fortes. ⁊ vincite viribꝰ annos.
Qđ deſit ęuo ſuppleat crudelitas
Sꝫ male conatꝰ tener infirmuſqꝫ laborat
Tormēta creſcūt dum faceſſit carnifex.
Quid gemis (exclamat quidā) tute ipſe magiſter
Iſtud dediſti ferrū ⁊ armaſti manꝰ

Reddimus ecce tibi tam milia multa notaꝝ
Quā ſtando. flendo. te docēte excępim⁹
Nō potes iraſci: ꝙ ſcribim⁹: ipſe iubebas
Nunꝗ̄ quietū dextera vt ferret ſtilū.
Nō petim⁹ totiens (te p̄ceptore) negatas
Auare doctor iam ſcholaꝝ ferias.
Pingere pūcta libet. ſulciſqȝ intexere, ſulcos
Flexas catenis impedire virgulas
Emendes licet inſpectos lōgo ordine ꝟſus
Mendoſa forte ſi q̇d errauit man⁹.
Exerce imperiū: ius eſt tibi plectere culpam
Si q̇s tuoꝝ te notauit ſegnius.
Talia ludebāt pueri ꝑ membra magiſtri
Nec lōga feſſum pęna ſoluebat viꝝ.
Tandē luctantis miſerat⁹ ab ęthere chriſt⁹
Iubet reſolui pectoris ligamina
Difficileſqȝ moras aīę ac retinacula vitę
Relaxat artus ac latebras expedit
Sanguis ab interno venaꝝ fonte patentes
Vias ſecut⁹ deſerit pręcordia
Totqȝ foramib⁹ penetrati corꝑis exit
Fibraꝝ anhelās ille vitalis calor.
Hęc ſunt quę liquidis expreſſa colorib⁹ hoſpes
Miraris: iſta eſt caſſiani gloria.
Suggere ſi qđ habes iuſtū vel amabile votū
Tibi ſi qua ſpes eſt ſi q̇d intus ęſtuas:
Audit (crede) p̄ces martyr ꝓſperrim⁹ omnes
Rataſqȝ reddit. quas videt ꝓbabiles.
Pareo: cōplector tumulū. lachrymas quoqȝ fundo
Altar tepeſcit ore. ſaxū pectore.
Tūc arcana mei percenſeo cuncta laboris

Tūc quod petebā quod timebā cenſeo
Et poſt terga domū dubia ſub ſorte relictā
Et ſpem futuri forte nutātem boni.
Audior: vrbem adeo. dextris ſucceſſib⁹ vtor
Domū reuertor. Caſſianum prędico.

Definit beati Caſſiani paſſio.

Sequitur liber i quo ſcribitur paſſio beati Romani martyris z in eodē contra omnes gentilium deos ſectaſqȝ et ſacra diſputatur

Metrum Jambicū Trimetrum Acathalecticum Pentaſtrophon. Quod Archilochicū dicitur

r O mane chriſti fortis aſſertor dei
Elinguis oris organū fautor moue
Largire comptum carmē infauſtiſſimo
Fac vt tuarꝫ mira laudum concinam
Nam ſcis ꝛ ipſe poſſe mutos eloqui.
Plectrum palati ꝛ faucium ſęuus tibi
Tortor reuulſit: nec tamen ſilentium
Indixit ori quo fatebaris deum
Vox veritatis teſtis extingui nequit
Nec ſi reciſſis palpitet meatibus.
Sic noſter hęrens ſermo linguę debili
Balbutit. ꝛ modis laborat abſonis.
Sed ſi ſuperno rore reſpergas iecur
Et ſpiritali lacte pectus irriges
Vox impeditos rauca laxabit ſonos
Euangeliſta ſcripſit ipſum talia

Pręcepta meſſiam dediſſe apoſtolis.
Nolite verba (cum ſacramẽtum meum
Erit canẽdum.) ꝓuidentes quęrere
Ego imparatis quę loquãtur ſuggeram.
Sum mutus ipſe: ſ; potens facũdię
Mea ſigna chriſtus luculẽter diſſeret
Ipſe explicabit quos ſupremo ſpiritu
Dęmon tumult⁹ dum domatur nouerit
Furore peſtis peior in nouiſſimo.
Sic vulneratus anguis ictu ſpiculi
Ferrum remordet. ⁊ dolore ſęuior
Quaſſando preſſis ĩmoratur dentibus.
Haſtile fixum ſed manet ꝓfundius
Nec caſſa ſentit morſuũ pericula
Galerius vrbis forte romanę ſtatum
Ductor regebat (vt refert antiquitas)
Immitis. atrox. aſper. implacabilis
Edicta late mundũ in omnem miſerat
Chriſtum negaret quiſquis mallet viuere
Hęc ille ſerpens ore dictat regio
Qui mortuoꝝ de ſepulchris exiens
Clamat. q̇d ante temp⁹ aduentu cito
Mea regna ſoluis: parce fili altiſſimi
Vel poſſidere corda porcoꝝ ſine.
Pręfectus iſtis imminẽs negocijs
Aſclepiades. mandat ire milites
Eccleſiatenuſq; de ſacrificijs
Raptare plebem mancipãdam vinculis
Ni diſciplinam nazarenam reſpuat
Mox ipſe templum cogitãs irrũpere
Et diſſipare ſancta ſanctoꝝ ſtudens

Armis prophanus pręparabat impijs
Altaris aram funditus peſſundare
Foreſqꝫ ⁊ ipſas in ruinam ſoluere
Pręcurrit index his repente cognitis
Romanus acris heros excellentię.
Venire in armis perduelles nūciat
Animos pauctum pręſtruens hortatibus
Stent vt parati. neue cedant turbini
Cōſpirat vno fęderat⁹ ſpiritu
Grex chriſtian⁹. agmen imperterritum
Matrum. virorum. paruuloꝝ. virginum.
Fixa ⁊ ſtatuta eſt omnibus ſententia
Fidem tueri. vel libenter emori.
Refert repulſus miles ad ſubſellia
Plebis rebellis eſſe romanum ducem
Flagrare cunctos peruicaci audacia
Jugulos retectos obſtinate opponere
Quo glorioſa morte fortes oppetāt.
Pręceps iubetur inde romanus capi
Soluſqꝫ vt incitator ⁊ fax omnium
Pro contumaci plebe cauſam dicere
It non reſiſtens ſeqꝫ vinciri petit
Flexas ⁊ vltro torquet in tergum manus
Amor coronę. pęnę pręuenit trucem
Lictoris artem: ſponte nudas offerens
Coſtas biſulcis exarandas vngulis
Irrumpit altum limen. et pręconibus
Stupore mutis ipſe tortorem trahit.
Aſtanti ad ora ſic tyrānus incipit
Infame monſtrum. vilis. inteſtabilis
Tu ventilator vrbis. et vulgi leuis

Procella. mentes inquietas mobiles
Ne ſe imperita turba dedat legibus
Populare quiddã ſub colore glorię
Illitterata credidit frequentia
Ut ſe p'ęuũ conſecrãdos antument
Si bella diuis ceu gigantes inferant
Uictiqꝫ flammis obruantur montium.
Hoc tu paraſti perdite ſpectaculũ
Cladis cruentę de necandis ciuibus.
Quos vt prophanos impiati ⁊ ſęculi
Reos neceſſe eſt te magiſtro interfici
Tu cauſa mortis: tu maloꝝ ſignifer.
Ni fallor. ęquũ eſt. vt quod auctor improbus
Tolerare multos cõpuliſti. vt carnifex
In te recurrat. proqꝫ tantis cędibus
Quę ſunt futurę. prim⁹ exitiũ luas.
Feras ⁊ ipſe quod ferendum ſuaſeras.
At ille cõtra reddit orę libero.
Amplector o pręfecte. nec me ſubtraho.
Ut pro fideli plebe ſolus immoler:
Dignus ſubire cuncta ſi me conſulis
Quecũqꝫ veſtra iuſſerit crudelitas
Intrare ſeruis idoloꝝ ac dęmonum
Sanctam ſalutis non licet noſtrę domum
Ne polluatur purus orandi locus.
Confido in almo ſpiritu nunq̃ꝫ tibi
Dandum. vt beatum limen attingas pede:
Ni forte noſter factus in noſtrum gregem
Mereare ſumi. quod pater faxit deus.
Incenſus his aſclepiades iuſſerat
Euiſcerandum corpus eculeo eminus

Pendere. et vncis vngulisq3 creſcere.
Apparitores ſ3 furēti ſuggerūt
Illū vetuſta nobilem proſapia
Meritiſq3 multis eſſe primū ciuium.
Iubet amoueri noxialem ſtipitem
Plebeia claꝝ pęna ne damnet virum.
Tundātur (inquit) terga crebris ictibus
Plumboq3 ceruix verberata extuberet.
Perſona quęq3 cōpetenter plectitur
Magniq3 refert vilis an ſit nobilis
Gradu reoꝝ forma tormētis datur
Pulſat⁹ ergo martyr illa grandine
Poſtq̄ inter ictus dixit hymnū plumbeos
Erectus infit. abſit vt me nobilem
Sanguis parētum pręſtet aut lex curię.
Generoſa chriſti ſecta nobilitat viꝝ
Si prima noſtris quę ſit in cunabulis
Origo textu ſtēmatis recenſeas
Dei parentis eſſe ab ore cępimus
Cui quiſquis ſeruit ille vere eſt nobilis
Patri rebellis inuenitur degener.
Honos deinde ſtēmati accedit nouus
Et ſplendor ingens (vt magiſtrat⁹) venit.
Si cōfitenti nomīs teſtem probum
Signēt inuſta ferri ⁊ ignis vulnera
Et vim doloꝝ mors ſequatur inclyta.
Caue benign⁹ eſſe peruerſibilis
Ne mi remiſſus leniter peperceris.
Incūbe membris tortor. vt ſim nobilis.
His ampliatus ſi fruar ſucceſſibus
Genus patris matriſq3 floccifecero.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Hęc ipſa veſtra dignitatũ culmina
Quid eſſe cenſes? nõne curſim tranſeũt
Faſces. ſecures. ſella. prętextę togę
Lictor. tribunal. ⁊ cruẽta inſignia
Quibꝰ tumetis moxqꝫ det umeſcitis.
Cum cõſulatum initis (vt vernę ſolẽt)
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis:
Aquila ex eburna ſumit arrogãtiam
Geſtator eiꝰ. ac ſuperbit bellųę
Inflatꝰ oſſe cui figura eſt alitis.
Jam ſi ſub aris ad ſigilloꝝ pedes
Jaceatis infra ſectilem quercũ ſiti
Quid eſſe vobis ęſtimem deiectius?
Nudare plãtas ante carpentũ ſcio
Proceres togatos matris idę ſacris.
Lapis nigellus euchũdus eſſedo
Muliebris oris clauſus argento ſedet
Quem dum ad lauacꝝ prę eũdo ducitis
Pedes remotis atterẽtes calceis
Almonis vſqꝫ peruenitis riuulũ.
Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos eſſe mõſtrat dum luperci curritis
Quem ſeruuloꝝ vix rear viliſſimũ
Nudꝰ plateas ſi ꝑ omnes curſitãs
Pulſet puellas verbere ictas ludicro.
Miſeret tuoꝝ me ſacroꝝ ac principũ
Moꝛumqꝫ roma ſęculi ſummũ caput.
Age explicemꝰ (ſi placet) myſteria
Pręfecte veſtra. iam neceſſe eſt audias
Nolis velis ve quid colatis ſordidum.
Nec terret iſta qua tumes veſania

Qđ vultuoſus ꝙ ſupinus ꝙ rigēs
Tormenta leti cōminaris aſperi:
Si me mouere rebꝰ vllis niteris
Ratione mecū non furore dimica
Jubes relictis patris ⁊ chriſti ſacris
Vt tecum adorem fęminas mille ac mares
Deos deaſqꝫ: deqꝫ ſexu duplici
Natos nepotes. abnepotes ęditos
Et tot ſtuproꝝ ſordidā proſapiam
Nubūt puellę ſępe ludūtur dolis
Amaſionū cōprimūtur fraudibus
Inceſta feruēt. furta męchoꝝ calent
Fallit maritus: odit vxor pellicem
Deos catenę colligāt adulteros
Oſtēde queſo quas ad aras p̄cipis
Veruece cęſo fumet vt ceſpes meus:
Delphos ne pergā? ſed vetat paleſtria
Corrupti ephębi fama quem veſter deus
Effęminauit gymnadis licentia.
Mox fleuit impuratꝰ occiſum graui
Diſco. ⁊ dicauit florulētam ſuccubo
Cōductus idem pauit alienū pecus
Furem deinde perditi paſſus gregis
Segnis bubulcꝰ tela ⁊ ipſa perdidit
An ad cybelis ibo lucū pineum:
Puer ſed obſtat gallus ob libidinem
Per triſte vulnus perqꝫ ſectū dedecus
Ab impudicę tutus amplexu deę
Per multa matris ſacra plorādus ſpado
Sꝫ credo magni limen amplectar iouis
Qui ſi citetur legibꝰ veſtris deus

Laqueis minacis implicatus iulię
Luat ſeueram victus ⁊ ſtatiniam
Te cognitore dignus ire in carcerem
Quid aureoꝝ conditorem temporum
Cenſes colendū? quem fugacem nō negas
Latuiſſe furtim dum paueſceret malum.
Quem ſi beate viuere audit iupiter
Plectat neceſſe eſt occulendi conſcios
Quid inter aras diſſidentū numinum
Putas agēdum? martis indignabitur
Offenſa virtus. ſi colatur lemnius.
Junonis iram ſentiet quiſqꝫ vt deum
Signo aut ſacello conſecrarit herculem.

Dicis licenter hęc poetas fingere
Sed ſunt et ipſi talibus miſterijs
Tecum dicati. quodqꝫ deſcribūt colunt.
Tu cur piaculū tam libenter lectitas?
Cur in theatro te vidente id plauditur?
Cygnus ſtuprator peccat inter pulpita
Saltat tonātem thauricornē lidius.
Spectator hoꝝ pontifex ſummus ſedes
Rideſqꝫ ⁊ ipſe nec negando diluis
Cum fama tāti polluatur numinis.
Cur tu ſacrate ꝑ cachīnos ſolueris?
Cum ſe maritum fingit alcmenę deus.
Meretrix adonem vulneratum ſcęnica
Libidinoſo plangit affectu palam
Nec te lupanar cypridis ſanctę mouet?
Quid ꝙ ſub ipſis veritas ſignis patet
Formata in ęre criminū veſtigia?
Quid vult ſigillum ſemper affixum ioui?

Auis miniſter nempe velox armiger
Leno exoletum qui tyranno pertulit
Facem recincta veſte p̄tendit ceres
Cur ſi deoꝝ nemo rapuit v̾ginem
Hāc nocte quęrēs mater errat ꝑuigil:
Fuſos rotātem cernimus tyrinthiū
Cur ſine ęre non fuit ludibrio?
Quid ruſticoꝝ monſtra deteſter deum
Fannos. priapos fiſtulaꝝ pręſides
Nymphas natātes. incolaſq̃ aquatiles
Sitas ſub alto. more ranaꝝ: lacu
Diuinitatis vis in algis vilibus.
Ad hęc colēda me vocas cenſor bone
Potes ne quicquā tale (ſi ſanum ſapis
Sanctū putare? nōne pulmonem mouet
Deriſus iſtas intuens ineptias
Quas vinolētę ſomnijs fingūt anus?
Aut ſi qđ vſquā vanitatis myſticę
Nobis colendū eſt. ipſe primus incipe
Promiſcue adora quicq̇d in terris ſacꝝ eſt
Deos latinos ꝛ deos ęgiptios
Quis roma libat. quis canopus ſupplicat.
Venerem precaris: cōprecare ꝛ ſymiam
Placet ſacratꝰ aſpis ęſculapij:
Crocodilus. ibis. ꝛ canis cur diſplicent?
Appone porris religioſas arulas.
Venerare acerbū cępe ꝛ mordax allium.
Fuliginoſi thure placantur lares:
Et reſpuūtur cōſecrata oſcula
Aut vnde maior eſſe maieſtas focis
Quam nata in hortis ſarculatis creditur?

Si numen ollis. numen ⁊ portis ineſt.
Sꝫ pulchra res eſt forma in ęre ſculptilis
Quid imprecabor officinis gręcię?
Quę cōdiderūt gentibus ſtultis deos.
Forceps myronis. malleus policleti
Natura veſtꝛ eſt atqꝫ origo cęlicum.
Ars ſeminādis efficax erroribus
Barbā rigētem dum iouis circūplicat:
Dum defluētem leniter flectēs comā
Limat capillos ⁊ corymbos liberi.
Et dum mineruę pectus hydris aſperat
Iniecit atram territis formidinem
Vt fulmen ęris ceu tonātis horreant.
Tremāt venenū ſibilātis gorgonis
Putēt ephębum poſt triūphos indicos:
Ferire thyrſo poſſe cum ſit ebrius
Tū ꝙ dianam molle ſuccinctā vident
Venātis arcum pertimeſcūt ꝟginis.
Si forte vultū triſtioris herculis
Liquore criſpo maſſa finxit fuſilis
Claua minari ni colatur creditur.
Iam quis pauētum corda terror occupat
Iunonis iram ſi polite expreſſerit
Velut retortis intuens obtutibus
Auertat ora delitantis hoſtia
Lapis ſeuera fronte mentitur minas
Miror ꝙ ipſum non ſacratis mentorem
Nec templum ⁊ aras ipſe phidias habet.
Fabri deorum. vel parentes numinum.
Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnius
Non eſſet vllus iupiter conflatilis.

Non erubeſcis ſtulte pago dedite
Te tanta ſemꝑ perdidiſſe obſonia
Quę dijs ineptus obtuliſti talibus
Quos trulla. peluis. cantarus. ſartagines
Fracta ꝛ liquata cōtulerunt vaſcula.
Ignoſco fatuis hęc tn̄ vulgaribus
Quos lana terret diſcolore in ſtipite
Quos ſępe falſus circulator decipit
Quibus omne ſanctū quod paucdum rancidę
Eventulaꝝ cantilenę ſuaſerint
Vos eruditos miror ꝛ doctos viros
Perpenſa vitę quos gubernat regula
Neſcire vel diuina vel mortalia
Quo iure cōſtent. quanta maieſtas regat
Quicquid creatum eſt quę creauit omnia.
Deus perennis res ineſtimabilis
Non cogitando non videndo clauditur
Excedit omnem mentis humanę modum
Nec compꝓhendi viſibus noſtris valet
Extraqꝫ ꝛ intra complet ac ſupfluit.
Intemporalis anteqꝫ primus dies
Eſſe ꝛ fuiſſe ſemper vnus obtinet
Lux ipſe vera. veri ꝛ auctor luminis
Cum lumen eſſet lumen effudit ſuū
Ex luce fulgor natus hic eſt filius.
Vis vna patris vis et vna ꝛ filij
Vnuſqꝫ ab vno lumine ſplendor ſatus
Pleno refulſit claritatis lumine.
Natura ſimplex pollet vnius dei
Et quicquid vſquam eſt vna virtus condidit
Cęlum ſolumqꝫ. vim marini gurgitis

Globos dierum noctiūqꝫ pręſides
Uentos. ꝑcellas. fulgura. imbres. nubila
Septētriones. heſperos. ęſtus. niues
Fontes. pruinas ⁊ metalla ⁊ flumina
Pręrupta plana montiū cōuallia
Feras. volucres. reptiles. natatiles
Iumenta. pecudes. ſubiugales. bęluas
Flores. frutecta. germina. herbas. arbores
Quę ſunt odori. queqꝫ vernāt eſui.
Hęc non labore ⁊ arte molitus deus
Sz iuſſione quam poteſtas ꝓtulit
Mandauit eſſe. facta ſunt quę nō erant
Uerbo creauit omniformē machinam
Uirtus paterna ſemꝑ in v̄bo fuit.
Cognoſcis ipſum: nūc colendi agnoſcito
Ritum modūqꝫ. quale ſit templi genus
Quę dedicari ſanxerit donaria
Quę vota poſcat. quos ſacerdotes velit
Quod mādet illic nectar īmolarier.
Eidem ſibi ipſe mentem hoīs condidit
Uiuam. ſerenā. ſenſualem. ſtabilem
Solui incapacē poſſe. nec deſtructilem
Pulchram. venuſtā. pręminētem culmine
Diſcriminatis illitam coloribus
Illic ſacerdos ſtat ſacrato in limine
Foreſqꝫ primas v̄go cuſtodit fides
Innexa crines vinculis regalibꝰ
Poſcit litari victimas chriſto ⁊ patri
Quas ſcit placere candidas ⁊ ſimplices
Frontis pudorem. cordis innocentiam
Pacis quietem. caſtitatem corporis

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Dei timorem. regulam ſcientię
Jeiuniorum parcitatem ſobriam
Spem non iacentem. ſemper ⁊ largam manu. n.
Ex his amęnis hoſtijs ſurgit vapor
Vincens odorem balſami. thuris. croci
Auras madentes perſicorum aromatum
Sublatus inde cęlum aduſqꝫ tollitur
Et proſperatum dulce delectat deum.
Hanc diſciplinam quiſquis infenſus vetat
Vetat ꝓbatū viuere. ⁊ ſanctū ſequi
Vetat vigorē mentis alte intēdere
Noſtriqꝫ acumen ignis ad terrā vocat
Nec excitari vim ſinit prudentię
O merſa limo cęcitas gentilium
O carnulēta nationū pectora
O ſpiſſus error. o tenebroſum genus
Terris amicū. deditum cadaueri
Subiecta ſemp intuens. nunqꝫ ſumma.
Furor ſupremus. vltima ⁊ dementia eſt
Deos putare qui creātur nuptijs:
Rem ſpiritalem terrulēte quęrere
Elemēta mūdi cōſecrare altaribus
Id quod creatū eſt. cōditorem credere.
Deaſciato ſupplicare ſtipiti
Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere
Aras offellis obſecrare bubulis
Vrnas reorum morticinas lambere
Homīes fuiſſe cū ſcias quos cōſecras.
Deſiſte iudex ſęculi tantū nefas
Viris iubere fortibuſqꝫ ⁊ liberis
Nil eſt amore veritatis celſius

Dei pereuntis numen aſſerentibus
Nil eſt pauori: mors ⁊ ipſa ſubiacet
Dudū coquebat diſſerēte martyre
Aſclepiades intus iram ſubdolam
Stomachatꝰ alto felle dum longū ſilet
Bilemqꝫ tectis cōcipit pręcordijs
Tandem latētis vim furoris euomit.
Proh iupiter q̇d eſt qđ ex hoc audio?
Stat inter aras ⁊ deoꝝ imagines
Et (qđ fateri cogor) in medio foro
Tacēte memet hic perorat perditꝰ
Quicq̇d ſacroꝝ eſt ore fędās impio.
O fas prioꝝ. moris o priſci ſtatus.
Inuenta regum ꝓ ſalute publica
Pompilioꝝ. noſtra carpūt ſęcula.
Quis hos ſophiſtas error inuexit nouus?
Qui non colēdos eſſe diuos diſputent.
Nūc dogma nobis chriſtianum naſcitur
Poſt euolutos mille demū conſules
Ab vrbe roma ne retexam neſtoras
Quicq̇d nouellum ſurgit olim nō fuit
Vis ſumma reꝝ noſſe? pyrrhā conſule.
Ubi iſte veſter tūc erat ſummus deus?
Diuū fauore cum puer mauortius
Fundaret arcem ſepticollem romulus.
Qđ roma pollet auſpicato condita
Ioui ſtatori debet ⁊ dijs cęteris
Hoc ſanctū ab ęuo eſt. hoc ab atauis traditum.
Placāda nobis ꝓ triūphis principis
Delubra. fauſtus vt ſecundet gloriā
Procinctus. vtqꝫ ſubiugatis hoſtibus

Ductor quietum frenet orbem legibus
Accingere ergo (quisquis es) nequiſſime
Pro principali rite nobiſcum deos
Orare vita: vel (qđ hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt) ſolue penā ſanguine.
Spreuiſſe templa reſpuiſſe eſt principem.
Tūc ille. nunq̄ꝫ ꝑ ſalute ⁊ maximis
Fortiſſimiſqꝫ principis cohortibus
Aliter precabor. q̄m fidele vt militēt
Chriſtiqꝫ lymphis vt renaſcātur patri
Capiāt ⁊ ipſum celit⁹ paraclytum
Ut idoloꝝ reſpuant caliginem
Cernāt ⁊ illud lumen eterne ſpei
Nō ſuculentis influens obtutibus
Nec corꝑales ꝑ feneſtras emicans
Puris ſꝫ intus qđ relucet mentibus.
Pupilla carnis craſſa craſſum conſpicit
Et res caduca qđ reſoluēdum eſt videt.
Liquidis videdis aptus eſt aię vigor.
Natura feruēs ſola feruentiſſime
Diuinitatis vim coruſcantem capit.
Hoc opto lumen imꝑator nouerit
Tuus meuſqꝫ. ſi velit fieri meus.
Nam ſi reſiſtit chriſtiano nomini
Meus ille talis imꝑator non erit:
Scelus iubenti (crede) nunq̄ꝫ ſeruiam.
Statis miniſtri (clamitās iudex ait)
Nō rupta ſulcis diſſecatis viſcera?
Animam nec intus abditam rimamini?
Erumpit vnde vox ꝓphana in principem.
Statis? manuſqꝫ continet is vindices?

Scindunt vtrūq; milites teterrimi
Mucrone hiulco penſilis latus viri.
Sulcāt ꝑ artus longa tractim vulnera
Obliqua rectis. recta trāſuerſis ſecāt
Et iam retectis pectus albet oſſibus
Mitēdo anhelāt. diffluant ſudoribus.
Cum ſit quietus heros in quem ſęuiūt
Hęc inter addit ſpōte romanꝰ loqui.
Si quęris o prefecte veꝝ noſcere
Hoc omne quicqd lanciamur non dolet
Dolet ꝙ error pectori inſidet tuo
Populos ꝙ iſtos perditos tecum trahis.
Currūt frequētes vndiq; ad ſpectaculū
Gentile vulgus. heu gemenda corpa.
Crudumq; noſtrę ſortis exemplū tremūt
Audite cuncti. clamo lōge ac pręďico
Emitto vocem de cathaſta celſior.
Chriſtus paternę glorię ſplēdor deus
Rex creator. noſtri idem particeps
Spondet ſalutē perpetem credentibus
Animę ſalutem. ſola quę nō occidit
Sed iuge durās diſpares caſus ſubit
Aut luce fulget aut tenebris mergitur.
Chriſtū ſecuta patris intrat gloriam
Diſiūcta chriſto mancipatur tartaro.
Curāda mercis qualitas quę nā mihi
Contingat olim perpetis ſubſtātię.
Nam membra paruipendo quo caſu cadāt
Caſura certa lege naturę ſuę
Inſtat ruina. quod reſoluēdum eſt ruat.
Nec diſtat ignis ⁊ fidiculę ſęuiant

An corpus ęgrū languor aſper torqueat
Cū ſępe morbos maior armet ſeuitia
Nō vngularꝫ tanta vis latus fodit
Mucrone quātum dira pulſat pleuriſis
Nec ſic inuſta laminis ardet cutis
Ut febris atro felle venas exedit
Uel ſumma pellis ignis obductus coquit
Papulaſqꝫ feruor ęſtuoſus excitat
Credas cremari ſtridulis cauterijs
Viſerꝫ putatis q retortis pendeo
Extentus vlnis. q reuellūtur pedes
Cōpago neruis q ſonat crepātibus.
Sic eiulantes oſſa clamant diuidi
Nodoſa torquet quos podagra ⁊ arteſis
Horretis omnes haſce carnificū manus
At qn̄ ſęuit lamina hippocratica
Uiuū ſecatur viſcus ⁊ recens cruor
Scapella tinguit dum putredo abraditur
Num mitiores ſunt manꝰ medentium.
Putate ferrū iam chirurgicos meis
Inferre coſtis. qd ſecat ſalubriter
Nō eſt amarꝫ quo reformatur ſalus
Uidētur iſta carpere artus tabidos
Sꝫ dant medelam rebus intus viuidis
Quis neſcit autem quāta corruptela ſit
Cōtaminatę carnis ac ſolubilis
Sordet tumeſcit liquitur fetet dolet
Inflatur ira. ſoluitur libidine
Plęrūqꝫ felle tincta liuores trahit.
Aurꝫ regeſtum nōne carni acquiritur?
Illuſa veſtis gemma bombix purpura

In carnis vſum mille quęrūtur dolis.
Luxus vorādi carnis arumnā fouet
Carnis voluptas omne ꝑ nefas ruit.
Medere queſo carnifex tantis malis.
Concide carpe fomitem peccaminum.
Fac vt reſecto debilis carnis ſitu
Dolore ab omni mens ſuperſit libera
Nec geſtet vltra quod tyrānus amputet.
Nec terrearis turba circumſtantium
Hoc perdoloſum quod peribit omnibus
Regi. clienti. pauperiqꝫ ac diuiti.
Sic vernulaꝝ ſic ſenatoꝝ caro
Tabeſcit. imo cum ſepulcro condita eſt.
Iactura vilis mordet. ⁊ damnum leue
Si quo carēdum eſt. perdere extimeſcitis
Cur quod neceſſe eſt non voluntas occupat?
Natura cur nō vertit in rem glorię
Legale damnū deputemus premijs
Sed premiorum forma quę ſit fortibus
Videamus illa nempe quę nunqꝫ perit
Cęlo refuſus ſubuolabit ſpiritus
Dei parentis perfruetur lumine
Regnante chriſto ſtans in arce regia.
Quandoqꝫ cęlum ceu liber plicabitur
Cadet rotati ſolis in terram globus
Speram ruina menſtrualem deſtruet
Deus ſuperſtes ſolus. ⁊ iuſti ſimul
Cum ſempiternis remanebūt angelis
Contemne pręſens vtile o prudens homo
Quod terminandum quod relinquendum eſt tibi
Omitte corpus rem ſepulcri ⁊ funeris

Tende ad futuram gloriam perge ad deum
Agnoſce quid ſis. vince mūdum τ ſęculum.
Vix elocutus martyr hāc peregerat
Orationem: cum furens interſerit
Aſclepiades. vertat ictum carnifex
In os loquentis: inqꝫ maxillas manus
Sulcoſqꝫ acutos τ fidiculas trāſferat.
Verboſitatis ipſe rumpatur locus
Scaturientis perdat vt loquacitas
Sermonis auras perforatas follibus
Quibus ſonandi nulla lex ponit modum
Ipſa τ loquentis verba torqueri volo.
Implet iubentis dicta lictor impius
Caraxat ambas vngulis ſcribentibus
Genas: cruentis τ ſecat faciem notis.
Hirſuta barbis ſoluitur carptim cutis
Et mentum ad uſqꝫ vultus omnis ſcinditur.
Martyr fluentem fatur inter ſanguinem
Grates tibi o pręfecte magnas debeo
Qđ multa pandēs ora iam chriſtū loquar.
Arctabat ampli nominis pręconium
Meatus vnus. impar ad laudes dei.
Rimas patentes inuenit vox ędite
Multiſqꝫ fuſa rictibus reddit ſonos
Hincinde plures. τ profatur vndiqꝫ
Chriſti patriſqꝫ ſempiternam gloriam
Tot ecce laudant ora quot ſunt vulnera
Tali repreſſus cognitor conſtantia
Ceſſare pęnam pręcipit: tunc ſic ait
Per ſolis ignem iuro qui noſtros dies
Reciprocatis amminiſtrat circulis

Cuius recurſu lux ⁊ annus ducitur
Ignes parādo iam tibi triſtis rogi
Qui ſine digno corpꝰ iſtud deuorent
Qđ pſeuerās tam reſiſtit nequiter
Sacris vetuſtis. nec doloꝝ ſpiculis
Victum fatiſcit. fitq; pęnis fortius.
Quis hūc rigorem pectori iniecit ſtupor?
Mens obſtinata eſt. corpus omne occalluit
Tantus nouelli dogmatis regnat furor
Hic tempe veſter chriſtus haud olim fuit
Quem tu fateris eſſe ſuffixum cruci.
Hęc illa crux eſt omniū noſtꝝ ſalus
(Romanꝰ inquit) hoīs hęc redēptio eſt
Scio incapacem te ſacramēti impie
Nō poſſe cęcis ſenſibus miſterium
Haurire noſtꝝ: nil diurnū nox capit.
Tamen tenebris ꝓferam claram facem
Sanus videbit: lippus oculos obteget
Remouete lumen dicet inſanabilis:
Inuidioſa eſt nil videnti claritas
Audi ꝓphane qđ grauatus oderis
Regem perennem rex perennis ꝓtulit
In ſe manentem nec minorē tempore
Quia tempꝰ illum nō tenet. nā fons retro
Exordioꝝ eſt ⁊ dieꝝ et temporꝝ
Ex patre chriſtꝰ. hoc pater qđ filius
Hic ſe vidēdum pręſtitit mortalibus
Mortale corpꝰ ſumpſit immortalitas
Vt dum caducum portat ęternus deus
Trāſire noſtꝝ poſſet ad cęleſtia
Homo eſt peremptꝰ ⁊ reſurrexit deus

Congreſſa mors eſt membra geſtāti deo.
Dum noſtra tentat ceſſit immortalibus.
Stultū putatis hoc ſophiſtę ſeculi
Sz ſtulta mūdi ſummus elegit deus
Ut ſtultꝰ eſſet ſeculi prudēs dei.
Antiquitatē romuli ⁊ mauortiam
Lupam renarras.primū ⁊ omen vultuꝝ:
Si res nouellas reſpuis.nil tam recens
Uix mille faſtis implet hāc ętatulam
Curſus dieꝝ cōditore ab augure.
Sexcēta poſſum regna pridē condita
Proferre toto in orbe ſi ſit ocium
Multo ante clara quā capellā gnoſiam
Suxiſſe fertur iupiter martis pater
Sz illa nō ſunt:hęc ⁊ olim nō erūt
Crux iſta chriſti quam nouellā dicitis
Naſcēte mundo factꝰ vt primū eſt homo
Expreſſa ſignis.expedita eſt litteris.
Aduentus eius mille per miracula
Prenūciatꝰ ore vatum cōſono.
Reges.ꝓphetę.principes.ac iudices
Uirtute bellis.cultibus.ſacris.ſtilo
Nō deſtiterūt pingere formā crucis:
Crux prenotata.crux obumbrata eſt prius
Crucem vetuſta combiberūt ſecula
Tandem retectis vocibus ꝓpheticis
Etate noſtra cōprobata antiquitas
Coram refulſit ore conſpicabili
Ne fluctuaret veritas dubia fide
Si nō pateret teſte viſu cominus
Hinc nos ⁊ ipſum nō perire credimus

Corpus. ſepulcro quod vorandum traditur
Quia chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum vexit ad ſolium patris
Viamqꝫ cunctis ad reſurgendum dedit.
Crux illa noſtra eſt. nos patibulum aſcendimus
Nobis peremptus chriſtus. ⁊ nobis deus
Chriſtus reuerſus ipſe qui moriens homo eſt
Natura duplex moritur ⁊ mortem domat
Reditqꝫ in illud quod perire neſciat.
Dixiſſe pauca ſit ſatis de miſticis
Noſtrę ſalutis: deqꝫ proceſſu ſpei
Jam non ſilebo. margaritas ſpargere
Chriſti vetamur inter immundas ſues
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.
Sed cum profunda non licet luctarier
Ratione tecum: conſulamus proxima:
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia
Fuci imperitus fac vt aſſit arbiter:
Da ſeptuennem circiter puerum aut minus
Qui ſit fauoris liber. et non oderit
Quencꝫ. nec vllum mentis in vicium cadat:
Periclitemur quid recens infantia
Dicat ſequendum. quid nouus ſapiat vigor.
Hanc ille ſancti martyris vocem ſtatim
Amplexus. vnum de caterua infantium
Paruum. diu nec lacte depulſum capit:
Captumqꝫ adeſſe pręcipit. Quid vis roga
Inquit ſequamur quod probarit puſio
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactentis oris indolem. Filiole (ait)

Dic quid videtur eſſe verum ⁊ congruens
Unum ne chriſtum colere ⁊ in chriſto patrem
An comprecari mille formarum deos?
Arriſit infans: nec moratus rettulit
Eſt quicquid illud quod ferunt homines deum
Unum eſſe oportet. ⁊ quod vni eſt vnicum:
Cum chriſtus hoc ſit. chriſtus eſt verus deus
Genera deorum multa nec pueri putant.
Stupuit tyrannus ſub pudore fluctuans
Nec vim decebat innocenti ętatulę
Inferre lege: nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere.
Quis auctor (inquit) vocis eſt huius tibi?
Reſpondit ille: Mater. ⁊ matris deus.
Illa ex parente ſpiritu docta imbibit
Quo me inter ipſa paſceret cunabula.
Ego vt gemellis vberum de fontibus
Lac paruus hauſi. chriſtum ⁊ hauſi credere.
Ergo ipſa mater aſſit exclamat cędo
Aſclepiades. diſciplinę ⁊ exitum
Triſtem ſuę magiſtra ſpectet impia:
Male eruditi torqueatur funere
Infantis orba: quemqꝫ corrupit fleat.
Abſit miniſtros vilis vt muliercula
Noſtros fatiget. tantulos autem dolor
Uexabit artus mortis auxilio breuis
Oculi parentis punientur acrius
Quam ſi cruentę membra carpāt vngulę.
Uix hęc profatus. puſionem pręcipit
Sublime tollant ⁊ manu pulſent nates
Mox ⁊ remota veſte virgis verberent

Tenerūqꝫ duris ictibus tergum ſecent
Plus vnde lactis quā cruoris defluat.
Quę cautis illud perpeti ſpectaculum
Quis ferre poſſet ęris aut ferri rigor?
Impacta quotiēs corpꝰ attigit ſalix
Tenui rubebāt ſanguine vda vimina
Quem plaga ferret roſcidis liuoribus.
Ferūt minaces verberātium genas
Illachrymaſſe. ſpōte demanantibus
Guttis per ora barbaꝝ frementium.
Scribas ⁊ ipſos et coronam plebium
Proceresqꝫ ſiccis nō ſtetiſſe viſibus.
At ſola mater hiſce lamentis caret
Soli ſereno frons renidet gaudio
Stat impioꝝ corde pietas fortior
Amore chriſti contumax doloribus
Firmatqꝫ ſenſum mollis indulgentię.
Sitire ſeſe paruus exclamauerat:
Animę ęſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat lymphę vt hauſtum poſceret.
Quem torua mater eminus triſti intuens
Vultu. ſeueris vocibus ſic increpat.
Puto imbecillo nate turbaris metu
Et te doloris horror afflictum domat:
Non hanc meorum visceꝝ ſtirpem fore
Deo ſpopondi. non in hāc ſpem glorię
Te pcocreaui cedere vt leto ſcias.
Aquam bibendam poſtulas. cum ſit tibi
Fons ille viuus preſto qui ſemper fluit
Et cuncta ſolus irrigat viuentia
Intus foriſqꝫ ſpiritum ⁊ corpus ſimul.

Eternitatem largiens potantibus.
Venies ad illud mox fluentum: ſi modo
Alio ac medullis ſol⁹ ardor ęſtuet
Videre chriſtū: quod ſemel potū afatim
Sic ſedat oēm pectoris flagrātiam
Vita vt beata iam ſitire neſciat.
Hic hic bibend⁹ nate nūc tibi eſt calix
Mille in bethleem quem biberūt paruuli
Oblita lactis ꝛ papillaꝝ immemor
Etas amaris tūc deinde dulcibus
Refecta poculis. mella ſumpſit ſanguinis
Exemplum ad iſtud introi fortis puer
Generoſa ꝓles. matris ꝛ potentia:
Omnes capaces eſſe ꝟtutum pater
Mandauit annos. neminem excepit diem
Ipſis triumphos annuens vagitibus.
(Scis) ſępe dixi cum docēti alluderes
Et garruloꝝ ſigna verbòꝝ dares
Iſaac fuiſſe paruulum patri vnicum
Qui cum immolandus aram ꝛ enſem cerneret
Vltro ſacranti colla p̄buerit ſeni.
Narraui ꝛ illud nobile ac memorabile
Certamen. vna matre qd̓ ſeptem ęditi
Geſſere pueri ſ3 tamen factis viri:
Hortāte eadem matre in ancipiti exitu
Pęnę ꝛ coronę. ſanguini vt ne parcerent.
Videbat ipſos apparatus funerum
Pręſens ſuoꝝ. nec mouebatur parens
Lętata quotiens aut oliuo ſtridula
Sartago frixum torruiſſet puberem
Dira aut cremaſſet laminarum impreſſio.

Comam cutemqꝫ verticis reuulſerat
A fronte tortor nuda teſta vt tegmine
Ceruicem adusqꝫ dehoneſtaret caput:
Clamabat illa. veſtiet gemmis pater
Apicem corona regio ex diademate.
Linguam tyrãnus amputari iuſſerat
Vni ex ephębis. Mater aiebat: Satis
Jam parta nobis gloria eſt. pars optima
Deo ĩmolatur ecce noſtri corporis.
Digna eſt fidelis lingua quę ſit hoſtia.
Interpres animi. enumeratrix ſenſuũ
Cordis miniſtra. pręco operti pectoris
Prima offeratur in ſacramẽtum necis
Et ſit redemptrix prima membrorum omnium
Ducem dicatam mox ſequentur cętera.
His machabęos incitãs ſtimulis parens
Hoſtem ſubegit ſubiugatum ſepties
Quot fęta natis tot triumphis inclyta:
Me partus vnius vt feracem glorię
Mea vita pręſtet. in tua eſt ſitum manu.
Per huius alui fida conceptacula
Per hoſpitalem menſe bis quino larem
Si dulce noſtri pectoris nectar tibi
Si molle gremium. grata ſi crepundia:
Perſiſte. ⁊ hoꝝ muneꝝ auctorem aſſere.
Quanam arte nobis viuere intus ceperis
Nihilumqꝫ ⁊ illud vnde corpus neſcio:
Nouit animator ſolus ⁊ factor tuus.
Impendere ipſi cuius ortus munere es
Bene in datorem quod dedit refuderis.
Canente tale matre iam letus puer

Virgas ſtrepentes et dolorum ⁊ verberum
Ridebat ictum: cognitor pręnunciat
Claudatur infans carcere. ⁊ tanti mali
Romanus auctor torqueatur acrius
Illum recentes per cicatricum vias
Denuo exarabāt: quaqꝫ acutum traxerant
Paulo ante ferrum. mox recrudeſcentibus
Plagis apertas perſequebantur notas;
Quos iam ſuperbus victor ignauos vocat:
O non virile robur. o molles manus:
Vnam labantis diſſipare tam diu
Vos non poteſtis fabricam corpuſculi.
Vix iam cohęret. nec tamen penitus cadit
Vincens lacertos dexterarum inertium.
Citius cadauer dentibus carpunt canes
Longeqꝫ morſus vulturum efficatior
Ad deuorandas carnis offas mortuę
Languetis imbecilli fame ⁊ fatiſcitis
Gula eſt ferina ſed ſecors edacitas.
Exarſit iſtis turbida ira iudicis
Seqꝫ in ſupremam concitat ſententiam
Si te morarum pęnitet. finem citum
Subeas licebit. ignibus vorabere
Damnatus. ⁊ fauilla iam tenuis fies.
Abiens at ille cum foro abriperent virum
Truces miniſtri: pone reſpectans ait
Appello ab iſta perfide ad chriſtum meum
Crudelitate. non metu mortis timens
Sed vt probetur eſſe nil quod iudicas.
Quid differo (inquit ille) vtroſqꝫ perdere
Puerum ac magiſtrum complices ſectę impię:

Gladius recidat vile vix hominis caput
Infantis: iſtum flamma vindex concremet.
Sit his ſub vno fine diſpar exitus.
Perductum ad ipſum cędis implendę locum
Natum gerebat mater amplexu ⁊ ſinu
Vt primitiuū crederes fętum geri
Deo offerendum ſancti abelis ferculo
Lectum ex ouili puriorem cęteris.
Pueꝝ popoſcit carnifex: mater dedit
Nec īmorata eſt fletibꝰ. tantum oſculum
Impreſſit vnū: vale ait dulciſſime
Et cum beatꝰ regna chriſti intraueris
Memēto matris iam patrone ex filio.
Dixit: deinde dum ferit ceruiculam
Percuſſor enſe. docta mulier pſallere
Hymnum canebat carminis dauitici
Precioſa ſancti mors ſub aſpectu dei
Tuus ille ſeruus: ꝓles ancillę tuę
Talia retexens explicabat pallium
Manuſqꝫ tendebat ſub ictu ⁊ ſanguine:
Venaꝝ vt vndam ꝓfluam manantium
Et palpitantis oris exciperet globum.
Excępit. ⁊ charo applicauit pectori.
At parte campi ex altera īmanem pyram
Texebat vſtor fumidus pinū aridam
Sarmēta mixtim ſubdit ⁊ feni ſtruem
Spargens liquato rore feruētis picis
Quo flamma paſtu creſceret ferocius.
Et iam retortis brachijs furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo:
Scio (inquit ille) non futurum vt cōcremer

Nec paſſionis hoc genus datum eſt mihi
Sz reſtat ingens quod fiat miraculum.
Hęc eius orſa ſequitur immēſus fragor
Nubis ruentis nimbus vndatim nigro
Preceps aquarꝫ flumine ignes obruit:
Alunt oliuo ſemicombuſtas faces
Sz vincit imber iam madentem fomitem
Trepidabat teter carnifex. rebus nouis
Turbatus. ⁊ qua poſſet arte inſiſtere:
Verſare torres cum fauillis humidis
Prunas maniplis cōfouere ſtuppeis
Et ſemen ignis inter vndas quęrebat.
Quod cū tumenti nunciatū eſt iudici
Cōmouit iram fellis implacabilis:
Quouſqꝫ tandem ſummus hic nobis magus
Illudet (inquit) theſſalorꝫ carmine
Pęnam perit⁹ vertere in ludibrium?
Fortaſſe ceruix/ ſi ſecandam iuſſero
Flecti ſub enſe) non patebit vulneri:
Vel amputatū plaga collum diuidens
Rurſus coibit ac reglutinabitur
Humeriſqꝫ vertex eminebit additus.
Tentemus igitur ante partē quampiam
Truncare ferro corporis ſuperſtitis
Ne morte ſimpla criminoſus multiplex
Cadat. vel vna perfidus cęde oppetat:
Quot mēbra geſtat tot modis pereat volo.
Libet experiri lerna (ſicut traditur)
Vtrū renatis pulluleſcat artubus
Ac ſe imminuti corpis damnis nouū
Inſtauret ipſe: pręſto erit tūc hercules.

Hydrina ſuetus ire inuſtum vulnera.
Jam nūc ſecandi doctus aſſit artifex
Qui cuncta norit viſcerum confinia
Uel nexa neruis diſparare vincula:
Date hunc reuulſis qui medetur oſſibus
Aut fracta nodis ſartiens compaginat.
Linguam priorem detrahat radicitus
Quę corpore omni ſola viuit nequior:
Jlla ꝛ procaci peſſima in noſtros deos
Jnuecta motu. fas ꝓphanauit vetus:
Audax ꝛ ipſi non pepercit principi.
Ariſto quidam medicus accitus venit:
Proferre linguam pręcipit: profert ſtatim
Martyr retectam. pandit ima ꝛ faucium.
Jlle ꝛ palatum tractat ꝛ digito exitum
Uocis pererrans vulneri explorat locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens
Scapellum in vſqꝫ guttur inſertans agit
Jllo ſecante fila ſenſim ſingula
Nunqꝫ momordit martyr aut os dentibus
Compreſſit arctis: nec cruorem ſorbuit.
Jmmotus ꝛ potenter ictu conſtitit
Dum ſanguis extra defluit ſcaturiens:
Perfuſa pulcher menta ruſſo ſtemmate
Fert: ꝛ cruenti pectoris ſpectat decus
Fruiturqꝫ ꝛ oſtro veſtis vt iam regię.
Pręfectus ergo ratus elinguem virum
Cogi ad ſacrandum poſſe. cum verbis carens
Nil oblatraret in deorum dedecus:
Jubet reduci iam tacentem ac debilem
Multo loquentis turbine olim territus.

Reponit aras ad tribunal denuo
Et thus ⁊ ignem viuidum in carbonibus
Thaurina ⁊ exta vel ſuilla abdomina:
Ingreſſus ille vt hos paratus perſpicit
Inſufflat ipſos ceu videret dęmonas.
Irridet hoc aſclepiades lętior
Addit deinde nunquid inſolentius
Sicut ſolebas es paratus dicere
Effare quid vis ac perora et diſſere:
Permitto vocem liber vt exerceas.
Romanus alto corde ſuſpirans diu
Gemitu querelam traxit: ⁊ ſic orſus eſt.
Chriſtum loquenti lingua nunqꝫ defuit
Nec verba quęras quo regantur organo
Cum prędicatur ipſe verborum dator.
Qui fecit vt vis vocis expreſſa intimo
Pulmone ⁊ oris torta ſub teſtudine
Nunc ex palato dat repercuſſos ſonos
Nunc temperetur dentium de pectine
Sitqꝫ his agendis lingua plectrum mobile.
Si mandet idem faucium ſic phiſtulas
Spirare flatu concinentes concito
Vt verba in ipſis explicent meatibus
Vt exitu oris cymbalum profarier
Nunc preſſa poſſint parte labra biantia
Dubitas ne verti poſſe naturę ſtatum:
Cui facta forma eſt qualis eſſet primitus
Hanc nempe factor vertere vt libet poteſt
Poſitaſqꝫ leges texere ac retexere
Linguam loquela ne miniſtram poſtulet.
Vis ſcire noſtri numinis potentiam?

Fluctus liquentis ęquoris preſſit pede:
Natura fluxa ac tenuis in ſolidū coit.
Quam diſpar illis legibꝰ quis condita eſt.
Solet natatus ferre: fert veſtigia.
Habet vſitatū munus hoc diuinitas
Quę vera nobis colitur in chriſto ꝛ patre
Mutis loquelā. percitū claudis gradū
Surdis fruendam reddere audiētiam
Donare cęcis lucis inſuetę diem.
Hęc ſi quis amens fabuloſa exiſtimat
Vel ipſe tute qui parum fidelia
Rebare pridem. vera cognoſcas licet:
Habes loquētem cuius amputaueras
Linguam. ꝓbatis cęde iam miraculis.
Horror ſtupētem perſecutorem ſubit:
Timorqꝫ ꝛ ira pectus in caliginem
Vertere: neſcit vigilet an ne ſomniet
Miratur herens q̄d ſit oſtēti genus
Formido frangit. armat indignatio.
Nec vim donare mentis effrenę poteſt
Nec quo furoris tęla vertat inuenit:
Poſtremo medicū ſęuus inſontem iubet
Reum citari: nundinatū hunc arguit
Mercede certa pactus vt colluderet.
Aut ferrum in ore nil agens ꝛ irritum
Verſare fruſtra ſeu retuſis ictibus
Aut arte quadam vulnꝰ illatum breue
Quod ſauciata parte linguam lęderet
Neruos nec omnes vſqꝫquaqꝫ abſcinderet.
Manere ſaluam vocis armoniam proba
Non poſſe inani concauo verba exprimi

Quę cõcrepare lingua moderatrix facit:
Eſto vt reſultet ſpiritꝰ vacua ſpecu
Echo ſꝫ erit inde. non oratio
Veris refutat medicus hãc calumniam
Scrutare vel tu nũc latebras faucium:
Intraqꝫ dentes curioſum pollicem
Circũfer: hauſtus vel patẽtes inſpice
Lateat ne quicqꝫ quod regat ſpiramina.
Quanqꝫ foraſſem forte ſi puncto leui
Tenui ve linguã contigiſſem vulnere:
Titubante plectro fatus eſſet debilis.
Nam cum magiſtra vocis in vicium cadi
Vſus neceſſe eſt vt loquẽdi intercidat.
Fiat periclum (ſi placet) cuiuſmodi
Edat querelã quadrupes lingua eruta:
Elinguis ⁊ quẽ porca grumitũ ſtrepat
Cui vox fragoſa clamor inconditus eſt
Probabo mutã nil ſonare ſtridulum.
Teſtor ſalutem principis me ſimplici
Functum ſecantis arte iudex optime
Seruiſſe iuſſis abſqꝫ fraude publicis:
Sciat hic quis illi ꝟba ſuggerat deus
Ego vnde mutus ſit diſertus neſcio.
His ſeſe ariſto purgat: at cõtra. impium
Nil hęc latronem chriſtianoꝝ mouent
Magis magiſqꝫ fertur in veſaniam:
Quęrit an alienus ſanguis ille aſperſerit
Virum: ſuone fluxerit de vulnere.
Reſpõdit his romanꝰ: eccum pręſto ſum
Meus iſte ſanguis verus eſt non bubulus:
Agnoſcis illum quem loquor miſerrime

Pagane veſtri ſanguinem ſacrum bouis
Cuius litata cęde ꝑmadeſcitis.
Summus ſacerdos nempe ſub terrā ſcrobe
Acta in ꝓfundū conſecrādus mergitur
Mire inſulatꝰ feſta vittis tempora
Nexus. corona tum replexus aurea
Cinctu gabino roſeam vultꝰ togam:
Tabulis ſuꝑne ſtrata texunt pulpita
Rimoſa rari pegmatis compagibus
Scindūt ſubinde vel terebrāt aream
Crebro ve lignū perforāt acumine
Pateat minutis vt frequēs hiatibus
Hinc thaurus ingēs fronte torua ⁊ hiſpida
Sertis reuinctꝰ aut ꝑ armos floreis
Aut impeditꝰ cornibus deducitur
Nec nō ⁊ auro frons coruſcat hoſtię
Setaſq; fulgor bractealis inficit.
Hic vt ſtatuta eſt īmolāda belua
Pectus ſacrata diuidūt venabula:
Eructat amplū vulnus vnde ſanguīs
Feruentis. ineq; texta pontis ſubditi
Fundit vapoꝝ flumen ⁊ late ęſtuat.
Tum ꝑ frequētes mille rimaꝝ vias
Illapſus imber tabidum rorem pluit:
Defoſſus intus quem ſacerdos excipit
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput
Et veſte ⁊ omni putrefactꝰ corpore.
Quin os ſupinat: obuias offert genas.
Supponit aures: labra nares obijcit
Oculos ⁊ ipſos perluit liquoribus
Nec iam palato parcit. ⁊ linguam rigat

Donec cruorem totꝰ atrum combibat.
Poſtqꝫ cadauer ſanguine egeſto rigens
Cōpage ab illa flamines retraxerint:
Procedit inde pōtifex viſu horridus
Oſtētat vdum verticē. barbam grauem
Vittas madētes atqꝫ amictus ebrios.
Hūc inquinatū talibus cōtagijs
Tabo recentis ſordidū piaculi
Oēs ſalutāt atqꝫ adorāt eminus:
Vilis ꝙ illum ſanguis ⁊ bos mortuus
Fędis latentē ſub cauernis lauerint.
Addamꝰ illam vis echatontem tuam?
Centena ferro cui cadūt aīalia
Variaqꝫ abundās cęde reſtagnat cruor:
Vix vt cruentis augures natatibꝰ
Poſſint meare per ꝓfundū ſanguinis.
Sꝫ quid macellū pingue puluinariū
Quid maximoꝝ lancinatores gregū
Euiſcerata carne crudos criminor?
Sunt ſacra qñ voſmetipſos excíditis
Votiuus ⁊ cū membra detrūcat dolor.
Cultꝝ in lacertos exerit fanaticus
Sectiſqꝫ matrē brachijs placat deum:
Furere ac rotari ius putatur myſticū.
Parca ad ſecādum dextra fertur impia.
Cęlum meretur vulneꝝ crudelitas.
Aſt hic metenda dedicat genitalia
Numē reciſo mitigās ab inguine
Offert pudendū ſemiuir donū deę.
Illam reuulſa maſculini germinis
Vena effluenti paſcit auctam ſanguine.

Vterq; ſexus ſanctitati diſplicet:
Medium retentās inter alternū genus
Mas eſſe ceſſat. nec tamen fit fęmina:
Fęlix deoꝝ mater imberbes ſibi
Parat miniſtros lenibus nouaculis.
Quid cum ſacrādus accipit fragidicas?
Acus minutas ingerūt fornacibus:
His membra pergūt vrere vt igniuerint.
Quamcūq; partem corpis feruēs nota
Signarit. hāc ſic cōſecratam prędicāt.
Functū deinde cum reliq̄t ſpiritus
Et ad ſepulcꝝ pompa fertur funeris:
Partes ꝑ ipſas imprimūtur bractęę
Inſignis auri lamina obducit cutem
Tegitur metallo qđ peruſtum eſt ignibus.
Has ferre pęnas cogitur gentilitas
Hac dij coercēt lege cultores ſuos
Sic dęmon ipſe ludit hos quos cęperit
Docet execrādas ferre cōtumelias
Tormēta iniuri mandat infęlicibus
At noſter iſte ſanguis ex veſtra fluit
Crudelitate: vos tyrannide impia
Exulceratis innocentum corpora:
Si vos ſinatis incruente viuimus:
At ſi cruente puniamur: vincimus.
Sed iam ſilebo: finis inſtat debitus
Finis maloꝝ. paſſionis gloria.
Iam nō licebit impię vt licuit modo
Torquere noſtra vel ſecare viſcera:
Cędas neceſſe eſt. victus ⁊ iam deſine.
Ceſſabit equidem tortor ⁊ ſector dehinc

iudex minatur ſed peremptoris manus
ſuccedat illi ſtrangulatrix faucium:
aliter ſilere neſcit oris garruli
vox inquieta. quam tubam ſi fregero.
Dixit: foroq̨ protrahi iuſſit virum
trudi in tenebras noxialis carceris.
elidit illinc fune collum martyris
lictor nefandus. Sic peracta eſt paſſio:
anima abſoluta vinculis cęlum petit.
Geſta intimaſſe cuncta fertur principi
pręfectus. addens ordinem voluminum:
ſeriemq̨ tantę digerens tragędię
lętatus omne crimen in faſtos refert
ſuū tyrannus chartulis viuacibus.
Jllas ſed ętas conficit diutina
vligo fuſcat. puluis obducit ſitu
carpit ſenectus aut ruinis obruit:
inſcripta chriſto pagina immortalis eſt
nec obſoleſcit vllus in cęlis apex
Excępit aſtans angelus coram deo
et quę locutus martyr ⁊ quę pertulit:
nec verba ſolum diſſerentis condidit.
ſed ipſa pingens vulnera expreſſit ſtilo
laterum. genarum. pectoriſq̨ ⁊ faucium.
Omnis notata eſt vulnerum dimenſio
vt quamq̨ plagam ſulcus exarauerit
altam patentem. proximam. longam. breuem:
quę vis doloris quive ſegmenti modus
guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regeſtis eſt liber cęleſtibus
monumenta ſeruans laudis indęlebilis

relegendus olim ſempiterno iudici:
libramine ęquo qui malorum pondera
et premiorum comparabit copias.
Vellem ſiniſter inter hędorum greges
vt ſum futurus: eminus dinoſcerer:
atqʒ hoc precante diceret rex optimus
romanus orat. tranſfer hunc hędum mihi:
ſit dexter agnus: induatur vellere:

¶ Ereſt paſſio beati Romani martyris
In quo videlicet libro cōtra omnes gen-
tilium deos ſectaſqʒ et ſacra diſputatur

¶ Aurelij Clementis prudentij Cathemerimon quã liber hymnorũ dicitur valet enĩ cathemerinon diurnum et quia hymni diurni ſunt recte liber ille ſic inſcribitur.
¶ Metrum tricolon Cuius primus verſus gliconius conſtat ſpondeo coriambo et pyrrichio. Secũdus Aſclepiadius ſpondeo duob⁹ coriambis et pyrrichio. Tercius Alchaicus cõſtãs ſpondeo tribus coriambis et pyrrichio.

## ¶ Prohemium incipit feliciter.

p Er quinquennia iam decem
Ni fallor. fuim⁹: ſeptimus inſuper
Annum cardo rotat dum fruimur ſole volubili
Inſtat termin⁹. ⁊ diem
Vicinum ſenio iam deus applicat:
Quid nos vtile tanti ſpacio tp̄is egimus?
Etas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis: mox docuit toga
Infectum vicijs falſa loqui nõ ſine crimine;
Tum laſciua proteruitas
Ac luxus petulãs (heu piget ac pudet)
Fedauit iuuenem nequicie ſordibus ac luto.
Exin iurgia turbidos
Armarũt animos: ⁊ male pertinax
Vincendi ſtudium ſubiacuit caſibus aſperis;
Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus vrbium:
Jus ciuile bonis reddidimus: terruimus reos;
Tandem milicie gradu
Euectum. pietas principis extulit
Aſſumptum, ꝓpius ſtare iubens ordine proximo;

Hęc dum vita volans agit
Irrepſit ſubito canicies ſeni.
Oblitum veteris meſſalię conſulis arguens;
Sub quo prima dies mihi
Quam multas hyemes voluerit.⁊ roſas
Pratis poſt glaciem reddiderit.nix capitis probat;
Nunquid talia proderunt
Carnis poſt obitum vel bona vel mala?
Cui iam quicquid id eſt.quod fueram.mors aboleuerit
Dicendum mihi quiſquis es
Mundum quem coluit mens tua perdidit:
Nō ſunt illa dei quę ſtuduit cuius habeberis
Atqui fine ſub vltimo
Peccatrix anima ſtulticiam exuat.
Saltem voce deum concelebret ſi meritis nequit.
Hymnis continuet dies:
Nec nox vlla vacet quin dominum canat:
Pugnet contra hereſes:catholicam diſcutiat fidem;
Conculcet ſacra gentium:
Labem roma tuis inferat idolis:
Carmen martyribus deuoueat:laudet apoſtolos
Hęc dum ſcribo vel eloquor
Vinclis o vtinam corporis emicem
Liber.quo tulerit lingua ſono mobilis vltimo;

¶ Explicit prohemium.

¶ Metꝝ Iambicū dymetꝝ ſeu tetrametꝝ Acathalecticū monocolon:qđ vocat̄ Archilochicū Recipiēs locis īparib⁹ pedes quīqꝫ Iambum ſpōdeū tribrachū dactylū anapeſtū:parib⁹ autem duos iambum tribrachum.

¶ Hymnus ad gallicantum.

a Les diei nuncius
lucē ꝓpinquā p̄cinit:
nos excitator mentiū
iam christ⁹ ad vitā vocat
Auferte clamat lectulos
egro sopore desides
castiqꝫ recti ac sobrij
vigilate iā sum ꝓximus.
Post solis ortū fulgidi
serū est cubile spernere
ni parte noctis additā
temp⁹ labori adieceris:
Vox iſta qua ſtrepūt aues
ſtātes ſub ipſo culmīe
paulo anteq̄m lux emicet
nr̄i figura eſt iudicis:
Tectos tenebris horridis
ſtratiſqꝫ opertos ſegnib⁹
ſuadet quietē linquere
iamiamqꝫ venturo die:
Vt cū coruſcis flatibus
aurora celū ſparſerit
oēs labore exercitos
cōfirmet ad ſpem lumīs:
Sic ſomn⁹ ad temp⁹ datus
eſt forma mortis ꝑpetis
peccata ceu nox horrida
cogunt iacere ac ſtertere:
Sꝫ vox ab alto culmīe
chriſti docentis p̄monet
adeſſe iam lucē ꝓpe
ne mens ſopori ſeruiat:
Ne ſomn⁹ vſqꝫ ad terminos
vite ſocordis opprimat
pectus ſepultū crimine
et lucis oblitum ſue:
Ferūt vagātes demones
letos tenebris noctiū
gallo canēte exterritos
ſparſim timere ⁊ cedere:
Inuiſa nā vicinitas
lucis. ſalutis. numinis
rupto tenebrarū ſitu
noctis fugat ſatellites:
Hoc eſſe ſignū preſcij
norūt repromiſſe ſpei
qua nos ſoporis liberi
ſperam⁹ aduentū dei:
Que vis ſit hui⁹ alitis
ſaluator oſtēdit petro:
ter anteqꝫ gallus canat
ſeſe negādum p̄dicās:
Fit nāqꝫ peccatū prius
quā preco lucis ꝓclamet

Illuſtret humanū genus
fineꝫ peccādi ferat;
Fleuit negator deniꝫ
ex ore p̄lapſum nefas
cum mens maneret innocens.
animuſꝫ ſeruaret fidē
Nec tale quicꝫ poſtea
lingua locut⁹ lubrica eſt:
cātuꝫ galli cognito
peccare iuſt⁹ deſtitit;
Inde eſt ꝙ oēs credim⁹
illo quietis tempore
quo gall⁹ exultās canit
chriſtū rediſſe ab inferis;
Tūc mortis opp̄ſſus vigor
tūc lex ſubacta eſt tartari
tūc vis diei fortior
noctē coegit cędere;
Jam iā quieſcāt improba
iā culpa fulua obdormiat
iā noxa letalis ſuū
perpeſſa ſomnū marceat;
Uigil viciſſim ſpirit⁹
quodcūꝫ reſtat t̄pis.
dum meta noctis clauditur
ſtās ac laborās excubet;
Jeſum ciamus vocibus
flentes precātes ſobrij:
intēta ſupplicatio
dormire cor mundū vetat;
Sat cōuolutis artub⁹
ſenſum p̄funda obliuio
preſſit grauauit obruit
vanis vagantē ſomnijs;
Sūt nempe falſa ⁊ friuola
quę mūdiali gloria.
ceu dormiētes egimus:
vigilem⁹: hic eſt veritas;
Auꝝ voluptas gaudiū
opes honores. p̄ſpera
quęcūꝫ nos inflāt mala.
fit inane: nil ſunt oīa.
Tu chriſte ſomnū diſijce
tu rumpe noctis vincula
tu ſolue peccatum vetus
nouūꝫ lumen ingere;

¶ Metꝝ iambicū dymetꝝ ſiue tetrametꝝ: cōſtat pedib⁹ quib⁹ ſuperi⁹ cōſtare dictū eſt

¶ Hymn⁹ matutin⁹.

Nox ⁊ tenebrę et nubila
cōfuſa mūdi ⁊ turbida.
lux intrat. albeſcit polus:
chriſt⁹ venit. diſcedite;

Caligo terrę ſcinditur
percuſſa ſolis ſpiculo:
rebuſq; iam color redit
vultu nitētis ſyderis.
Sic nr̄a mox obſcuritas
fraudiſq; pectus cōſcium
ruptis retectū nubibꝰ
regnāte palleſcit deo;
Tūc nō licebit claudere
qđ quiſq; fuſcū cogitat
ſed mane clareſcēt nouo
ſecreta mētis prodita;
Fur ante lucē ſqualido
impune peccat tempore
ſed lux dolis cōtraria
latere furtū non ſinit;
Verſuta fraus ꝛ callida
amat tenebris obtegi
aptāq; noctem turpibꝰ
adulter occultus fouet;
Sol eccę ſurgit igneus
piget pudeſcit pęnitet
nec teſte quiſquā lumine
peccare cōſtanter poteſt;
Quis mane ſumptis neq̄ter
nō erubeſcit poculis
cū ſit libido temperās
caſtūq; nugator ſapit;
Jam nūc ſeuerę viuitur
nec quiſquā tentat ludicrū:
inepta nunc ocēs ſua
vultu colorāt ſerio;
Hęc hora cūctis vtilis
qua quiſq; qđ ſtudet gerat
miles.togatus.nauita.
opifex.arator.inſtitor
Jllū forenſis gloria
hūc triſte raptat claſſicum
mercator hinc ac ruſticus
auara ſuſpirāt lucra.
At nos lucelli ac fęnoris
fraudiſq; prorſus neſcij
nec arte fortes bellica
te chriſte ſolū nouimꝰ;
Te mēte pura ꝛ ſupplici
te voce te cantu pio
rogare curuato genu
flendo ꝛ canēdo diſcimꝰ;
His nos lucramur quęſtibus
hac arte tantum viuimꝰ
hęc inchoamꝰ munera
cū ſol reſurgēs emicat.
Jntende nr̄is ſenſibus
vitamq; nr̄am deſpice

ſunt multa fucis illita
quę luce purgētur tua.
Durare nos tales iube
quales remotis ſordib⁹
nitere pridē iuſſeras
iordane tinctos flumine.
Quodcūqȝ nox mūdi dehinc
infecit atris nubib⁹
tu rex eoi ſyderis
vultu ſereno illumina.
Tu ſancte q̄ tetrā pice n
candore tingis lacteo
ebenoqȝ chryſtallū facis
delicta terge liuida;
Sub nocte iacob cerula
luctator audax angeli
euſqȝ dum lux ſurgeret
ſudauit impar prelīū;
Sȝ cum iubar clareſceret
lapſante claudus poplite
femurqȝ victus debile
culpe vigorē pdidit
Nutabat inguen ſaucium
quę corpis ps vilior
lōgeqȝ ſub cordis loco
diram fouet libidinē
Hę nos docent imagines
hominem tenebris obſitū
ſi forte nō cedit deo
vires rebelles pdere.
Erit tn̄ beatior
intemperās membrꝝ cui
luctando claudū ꝛ tabidum
dies oborta inuenerit.
Tandem fatiſcat cecitas
quę noſmet in preceps diu
lapſos ſiniſtris greſſib⁹
errore traxit deuio.
Hęc lux ſerenū conferat
puroſqȝ nos preſtet ſibi
nihil loq̄mur ſubdolū
voluam⁹ obſcurꝝ nihil
Sic tota decurrat dies
ne lingua mēdax aut man⁹
oculive peccēt lubrici
ne noxa corpus inquinet
Speculator aſtat deſuper
qui nos diebus omnib⁹
actuſqȝ nr̄os pſpicit
a luce prima in veſperꝝ
Hic teſtis hic eſt arbiter
hic intuetur quicq̄d eſt
humana qd mens cōcipit
hūc nemo fallit iudicē;

¶ Metrū dactylicū trimetrū hypercathalecticum monocolon pēthagraphon heptimemeron qđ vocat alcinaniū Cōſtās trib⁹ dactylis ꝛ ſemipede

¶ Hymnus ante Cibum

O Crucifer bone lucisator
oīpotēs pie verbigena
ꝯdite corꝑe virgineo
ſed prius in genitore potēs
aſtra ſolū mare q̄m fieret
Huc nitid⁹ precor intuitu
flecte ſalutiferā faciem
frōte ſeren⁹ ꝛ irradia
noīs vt ſub honore tui
has epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil dn̄e
nec iuuat ore q̄d appetere
pocula ni prius atq₃ cibos
chriſte tu⁹ fauor imbuerit
oīa ſanctificāte fide:
Fercula nr̄a deum ſapiāt
chriſt⁹ ꝛ influat in pateras
ſeria ludicra v̄ba iocos
deniq₃ qđ ſum⁹ aut agimus
trina ſupna regat pietas:
Hic mihi nulla roſę ſpolia
nullus aromate fragrat odor.
ſed liquor influit ambroſius
nectareaq₃ fide redolet
fuſus ab uſq₃ patris gremio
Sperne camęna leues hederas
cingere tpa q̄s ſoluta es
ſertaq₃ miſtica dactylico
texere docta liga ſtrophio
laude dei redimita comas
Quid generoſa poteſt aīa
lucis ꝛ ętheris indigena
ſoluere dignius obſequiū
quā data munera ſi recinat
artificem modulata ſuū?
Ipſe hoī quia cūcta dedit
quę capim⁹ dn̄ante manu
quę pol⁹ aut hum⁹ aut pelag⁹
aere gurgite rure creant
hęc mihi ſubdidit ꝛ ſibi me.
Callid⁹ illaqueat volucres
aut pedicis dol⁹ aut iaculis:
illita glutine corticeo
vimina plumigerā ſeriē
impediūt ꝛ abire vetant:
Ecce ꝑ ęquora fluctiuagas
texta greges ſinuoſa trahūt:
piſcis item ſequitur calamum
rapt⁹ acumine vulnifico

credula ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas
diues ariſtiferę ſegetis
hic vbi vitea pampineo
brachia palmite luxuriāt
pacis alumna vbi bacca viret.
Hęc opulētia chriſticolis
ſeruit. ⁊ oīa ſuppeditat:
abſit eīm ꝓcul illa fames
cętib⁹ vt pecudū libeat
ſanguineas lacerare dapes
Sint fera gentib⁹ indomitis
prādia de nece quadrupedū
nos oleris coma nos ſiliqua
fęta legumīe multimodo
pauerit īnocuis epulis;
Spumea mulctra gerūt niue-
vbere de gemino latices (os
perq̄ꝫ coagula denſa liqr
in ſolidū coit: et fragili
lac tenex̄ p̄mitur calatho
Mella recēs mihi cecropea
nectare ſudat olente fau⁹
hęc opifex apis aerio
rore liquat tenuiq̄ꝫ thymo
nexilis inſcia cōnubij
Hinc q̄ꝫ pomiferi nemoris

munera mitia ꝓueniūt
arbor on⁹ tremefacta ſuū
deciduo grauis imbre pluit,
puniceoſq̄ꝫ iacit cumulos;
Quę veterꝫ tuba quę ve lira
flatib⁹ incita vel fidib⁹
diuitis oīpotētis op⁹
quęq̄ꝫ fruenda patēt hoī
laudib⁹ ęquipare queat?
Te pater optime mane nouo
ſolis ⁊ orbita cū media eſt
te q̄ꝫ luce ſub occidua
ſumere cū monet hora cibū
nr̄a de⁹ canet armonia;
Qđ calet halit⁹ interior
corde qđ abdita vena tremit
pulſat ⁊ inſita qđ reſonam
lingua ſub ore latēs caueā
laus ſuperi p̄ris eſto mihi
Nos igitur tua ſancte man⁹
ceſpite cōpoſuit madido
effigiem meditata ſuā
vtq̄ꝫ foret rata materies
flauit ⁊ indidit ore aīam.
Tum ꝑ amęna virecta iubet
frondicomis habitare locis
ver vbi perpetuū redolet

prataqꝫ multicolora latex
quadrifluo celer amne rigat
Hec tibi nūc famulētur ait
vſibus oīa dedo tuis
ſed tn̄ aſpera mortifero
ſtipite carpere poma veto
qui medio viret in nemore
Hic draco ꝑfid⁹ indocile
virgis illicit ingeniū
vt ſociū maleſuada vix
mādere cogeret ex vetitis
ipſa pari peritura modo
Corꝑa mutua noſſe nefas
poſt epulas inopta videt:
lubric⁹ error ꝛ erubuit:
tegmina ſuta parāt folijs
dedecus vt pudor occuleret
Conſcia culpa deū pauitās
ſede pia ꝓcul exigitur:
innuba fēia q̄ fuerat
cōiugis excipit imperiū
fędera triſtia iuſſa pati.
Auctor ꝛ ipſe doli coluber
plectitur īprob⁹. vt mulier
colla trilinguia calce terat
ſic coluber muliebre ſolū.
ſuſpiciatqꝫ vix mulier.

His ducibus vicioſa dehinc
poſteritas ruit in facin⁹:
dumqꝫ rudes imitatur auos
faſqꝫ nefaſqꝫ ſimul glomerans
impia crimina morte luit
Progenies venit ecce noua
ęthere ꝓdit⁹ alter homo
nō luteus velut ille prior
ſed de⁹ ipſe gerēs hoīem
corporeiſqꝫ carēs vicijs
Fit caro viuida ſermo pr̄is.
numine quē rutilāte grauis
nō thalamo neqꝫ iure thori
nō genialib⁹ illecebris
intemerata puella parit:
Hoc odiū vetus illud erat
hoc erat aſpidis atqꝫ hoīs
digladiabile diſcidiū
qđ modo cernua fęmineis
vipera ꝓteritur pedib⁹.
Edere nāqꝫ deū merita
oīa ꝟgo venena domat:
tractib⁹ anguis inexplicitis
virus inerme piger reuomit
gramine cōcolor in viridi
Quę feritas mō nō trepidat
territa de grege cādidulo?

m̄ paui̇das lup⁹ inter oues
triſtis obambulat. ⁊ rabidum
ſanguis īnemor os cohibet.
Agn⁹ em̄ vice mirifica
ecce leonib⁹ imperitat:
exagitā ſqꝫ truces aquilas
per vaga nubila pꝫ nothos
ſydere lapſa colūba fugat
Tu mihi chriſte colūba potēs
ſanguine paſta cui cędit auis
tu niueus ꝑ ouile tuū
agn⁹ hiare lupū ꝓhibes
ſubiuga tigridis ora p̄mens.
Da locuples de⁹ hęc famulis
rite ꝑcantib⁹ vt tenui
mēbra cibo recreata leuēt
neu piger īmodicis dapib⁹
viſcera tenſa grauet ſtomach⁹
Hauſt⁹ amarus abeſto ꝓcul
nec libeat tetigiſſe manu
exitiale q̇d aut vetitū
guſt⁹ ⁊ ipſe modū teneat
ſoſpitet vt iecur incolume.
Sit ſatis anguib⁹ horrificis
liba q̄ ipia corporib⁹
ha miſerā peperere necem
ſufficiat ſemel ob facinus
plaſma dei potuiſſe mori.
Oris op⁹ vigor igneolus
nō moritur. q2 flante deo
cōpoſit⁹. ſuperoqꝫ fluens
de ſolio patris artificis
vim liquidę rōnis habet:
Viſcera mortua quin etiā
poſt obitū reparare datur:
eqꝫ ſuis iteꝝ tumulis
priſca renaſcitur effigies
puluereo coeūte ſitu.
Credo eq̄dē (neqꝫ vana fides)
corpa viuere more aīę.
nā modo corporeū memī
de phlegetonte gradu facilē
ad ſuperos remeaſſe deū.
Spes eadē mea mēbra manet
quę redolētia funereo
iuſſa quieſcere ſarcofago
dux pariā rediuiuus humo
ignea chriſt⁹ ad aſtra vocat.

¶ Metrum falencium Conſtans ſpondeo dactylo et tribus trocheis.

¶ Hymn⁹ poſt cibū

aſtis viſcerib⁹ ciboq; ſupro
quē lex corpis ībecilla poſ
laudē līgua dō prī rependat (cit
Patri q̄ cherubin ſedile ſacrū
necnō ꝛ ſeraphin ſuū ſupmo
ſubnixus ſolio tenet regitq;.
Hic ē quē ſabaoth deū voca⁹
expers principij. carēſq; fine
rex cōditor ꝛ reptor orbis
Fōs vitę liqda fluēs ab arce
infuſor fidei. ſator pudoris
mortis ꝓdomitor. ſalutꝫ autor
Oēs qđ ſum⁹ ac vigem⁹ inde ē
regnat ſpūs ille ſempitern⁹
a xp̄o ſimul ꝛ parēte miſſus
Intrat pectora cādid⁹ pudica
quę tēpli vice ꝯſecrata rident
poſtq̄ꝫ cōbiberit deū medullis.
Sꝫ ſi qd vicij dolive naſci
inter viſcera iā dicata ſentit
ceu ſpurcū refugit celer ſacellū
Tetꝝ fragrat ei vapore craſſo
horror cōſcius ęſtuāte culpa
offēſumq; bonū niger repellit
Hic ſol⁹ pudor īnocenſve votū
templū ꝯſtituūt penne chriſto
in cordis medij ſinu ac receſſu.

Sꝫ ne crapl'a ferueat cauēdū
quę ſede fidei cibis refertā
vſq; ad cōgeriē coarctet intus
Parcꝫ victib⁹ expedita corda
Infuſum meli⁹ deū receptāt
hic paſt⁹ aię ē ſaporq; ver⁹
Sꝫ nos tu gemios foues patu
art⁹ atq; aīas vtroq; paſtu
confirmas pī ac vigore cōples
Si olim tua p̄cluēs poteſtas.
int̄ rauciſonos ſitū leones
illapſis dapib⁹ vix refouit.
Illū fuſile numē execrantē
et curuare caput ſub expolita
ęris materia nefas putantē
plebs dirę babilōis ac tyrān⁹
morti ſubdiderāt. ferꝫ dicarāt
ſeuis ꝓtin⁹ hauſtib⁹ vorandū.
O ſemꝑ pietas fideſq; tuta
lambūt indomiti vix leones
intactūq; dei tremūt alumnū
Aſtāt comin⁹ ꝛ iubas r̄ponūt
māſueſcit rabies fameſq; blā-
pdā rictib⁹ ābit icruētis (da
Sꝫ cū tēdēt ad ſupna palmas
exptūq; ſibi deū rogaret
clauſus iugiter īdigēſq; victu.

iuſſus nunci⁹ aduolare terris
qui paſtū famulo daret ꝓbato
rapti deſilit obſequēte mūdo
Terit forte ꝓcul dapes īeptas
quas meſſorib⁹ abacuc ꝓphxta
agreſti bon⁹ exhibebat arte
Hui⁹ ceſarie manu prehenſa
pleīs ſicut erat grauē caniſtris
ſuſpēſuꝫ rapit ⁊ vehit ꝑ auras
Tūc rapt⁹ ſimul ipſe prādiūq
ſenſim labitur ī lacū leonū
et q̄s tūc epulas gērbat offert
Sumas leg⁹ ait libēſq carpas
que ſumm⁹ pr̄ angel⁹q chriſti
mittūt liba tibi ſub hoc periclo
His ſumptis daniel⁹ excitauit
in celū faciē: ciboq fortis
amē reddidit. alleluia dixit.
Sic nos munerib⁹ tuis refecti
largitor de⁹ oīm bonoꝝ
ḡtes reddim⁹ ⁊ ſacra⁹ hymnos
Sic nos īſtifico velut tirāno
mūdi ſcꝫ ipotētis actu
cōcluſos regis ⁊ ferā repellis.
Que ccūfremit ac vorae tētat
inſanos acuēs furore dentes
cūcte ſine de⁹ ꝑcemur vnū.

Vexamur ꝑmimur mal' rota
mur.
oderīt lacerāt trahūt laceſſunt
iuncta ē ſupplicijs fides iniqs
Nec deſit tn̄ anxijs medela
nā languente trucis leonis ira
illapſe ſuꝑ ingerūtur eſce
Quas ſi q̄s ſitienter hauriēdo
nō guſtu tenui ſꝫ ore pleno
internis velit implicare venis
Hic ſancto ſaciat⁹ ex ꝓphxta
iuſtoꝝ capiet cibos viroꝝ
qui fructū dn̄o metūt ꝑenne.
Nil ē dulcius ac magis ſapoꝝ
nil q̄ plus hoīeꝫ iuuare poſſit
quā vatis pia ꝑcinētis orſa
His ſumptis. licet īſolēs ꝑtās
prauū iudicet. irrogetq mortē
impaſti licet irruāt leones:
Nos ſꝑ dn̄m patrē fatētes
in te chriſte deū loq̄mur vnū
cōſtāterq tuā crucē ferem⁹:

¶ Metꝝ mixtū tetrametrum
duodecaſyllabum monocolō.
Tetraſtrophon q̄ Aſclepia
diū vocat' Cōſtat ſpōdeo duo
b⁹ Coriābis ⁊ pyrrichio
Hym⁹ ad icēſionē ignis paſcal'

i [I]Nventor rutili dux bone luminis
qui certis vicibus tempora diuidis
merſo ſole chaos ingruit horridum
lumen redde tuis chriſte fidelibus.
[Q]Uãuis innumero ſydere regiam
lunariqꝫ polum lampade pinxeris:
in cuſſu ſilicis lumina nos tamen
monſtras ſaxigeno ſęmine quęrere.
[N]E neſciret homo ſpem ſibi luminis
in chriſti ſolido corpore conditam
qui dici ſtabilem ſe voluit petram
noſtris igniculis vnde genus venit.
[P]Inguis quos olei rore madentibus
lychnis aut facibus paſcimus aridis:
quin ⁊ fila fauis ſcirpea floreis
preſſo melle prius collita fingimus
[V]Iuax flamma viget ceu caua teſtula
ſuccum lintheolo ſuggerit ebrio
ſeu pinus piceam fert alimoniam
ſeu ceram teretem ſtupa calens bibit.
[N]Ectar de liquido vertice feruidum
guttatum lachrymis ſtillat olentibus
ambuſtum quoniam vis facit ignea
imbrem de madido flere cacumine
Splendent ergo tuis muneribus pater
flammis mobilibus ſcilicet atria:
abſentemqꝫ diem lux agit ęmula
quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduam
manantemqꝫ deo cernat originem?
moyſes nempe deum ſpinifero in rubo

vidit cõſpicuo lumine flammeum.
Felix qui meruit ſentibus in ſacris
cęleſtis ſolij viſere principem
iuſſus nexa pedum ſoluere vincula
ne ſanctum inuolucris pollueret locum.
Hunc ignem populus ſanguinis inclyti
maiorum meritis tutus ⁊ impotens
ſuetus ſub dominis viuere barbaris
iam liber ſequitur longa per auia.
Qua greſſum tulerant. caſtraqꝫ cerulę
noctis per medium concita mouerant
plebem peruigilem fulgure pręuio
ducebat radius ſole micantior.
Sed rex niliaci litoris. inuido
feruens felle. iubet pręualidam manum
in bellum rapidis ire cohortibus
ferrataſqꝫ acies clangere claſſicum.
Sumunt arma viri: ſeqꝫ micantibus
accingunt gladijs: triſte canit tuba:
hic fidit iaculis: ille volantia
pręfigit calamis ſpicula gnoſijs.
Denſatur cuneis turba pedeſtribus:
currus pars ⁊ equos ⁊ volucres rotas
conſcendunt celeres: ſignaqꝫ bellica
pętendunt tumidis clara draconibus
Hinc iam ſeruicij neſcia priſtini
gens peluſiacis vſta vaporibus
tandem purpurei gurgitis hoſpita
rubris litoribus feſſa reſederat.
Hoſtis dirus adeſt cum duce perfido
infert et validis pręlia viribus:

moyſes porro ſuos in mare pręcipit
conſtans intrepidis tendere greſſibus.
Pręběnt rupta locum ſtagna viantibus.
riparum in faciem peruia ſiſtitur
circũſtans vitreis vnda liquoribus
dum plebs ſub bifido permeat ęquore.
Pubes quinetiã decolor. aſperis
irritata odijs. rege ſub impio
hebreũ ſitiens fundere ſanguinem
audet ſe pelago credere concauo.
Ibant pręcipiti turbine percita
fluctus per medios agmina regia:
ſed confuſa dehinc vnda reuoluitur
in ſemet reuolans gurgite confluo.
Curros tũc ꝛ equos tęlaqꝫ naufraga
ipſos ꝛ ꝓceres ꝛ vaga corpora
nigrorum videas nare ſatellitum
artis iuſticium triſte tyrannicę.
Quę tandem poterit lingua retexere
laudes chriſte tuas? qui domitum pharon
plagis multimodis cędere pręſuli
cogis iuſticię vindice dextera.
Qui pontum rapidis ęſtibus inuium
perſulcare vetas: vt refluo in ſalo
ſecurus pateat te duce tranſitus:
et mox vnda rapax vt voret impios.
Cum ieiuna heremi ſaxa loquacibus
exundant ſcatebris: et latices nouos
fundit ſciſſa ſilex quę ſitientibus
dat potum populis axe ſub igneo.
Inſtar fellis aqua triſtifico in lacu

fit ligni venia. mel velut atticum:
lignum eſt quo ſapiunt aſpera dulcius
nam pręfixa cruci ſpes hoīm viget.
Implet caſtra cib⁹ tuncquoqꝫ ningidus
illabens gelida grandine denſius:
his mēſas epulis hac dape conſtruūt
quam dat ſydereo chriſtus ab ęthere.
Nec nō imbrifero ventus anhelitu
craſſa nube leues inuehit alites
quę cōflanta in humū cum ſemel agmina
fluxerūt. reduci nō reuolāt fuga.
Hęc olim patrib⁹ premia cōtulit
inſignis pietas numinis vnici:
cuius ſubſidio nos quoqꝫ veſcimur
paſcētes dapib⁹ pectora miſticis.
Feſſus ille vocat ꝑ freta ſęculi
diſciſſis populum turbinib⁹ regens:
iactataſqꝫ animas mille laboribus
iuſtoꝝ in patriam ſcandere pręcipit.
Illic purpureis tecta roſarijs
omnis fragrat humus. caltaqꝫ pinguia
et molles violas ⁊ tenues crocos
fundit fonticulis vnda fugacibus.
Illic ⁊ gracili balſama ſurculo
deſudata fluūt: raraqꝫ cynnama
ſpirant ⁊ foliū. fonte quod abdito
pręlabens fluuius portat in exitum.
Felices aīę prata per herbida
concentu parili ſuaue ſonantibus
hymnoꝝ modulis dulce canūt melos:
calcant ⁊ pedibus lilia candidis.

Sunt et ſpiritibus ſępe nocentibus
pęnarum celebres ſub ſtyge ferię
illa nocte ſacer qua rediit deus
ſtagnis ad ſuperos ex acheronticis.
Nam ſicut tenebras de face fulgida
ſurgens oceano lucifer imbuit:
ſic terris. domini de cruce triſtibus.
maior ſole nouū reſtituis diem.
Marcent ſupplicijs tartara mitibus:
exultatqꝫ ſui carceris ocio
vmbrarum populus liber ab ignibus
nec feruent ſolito flumina ſulphure.
Nos feſtis trahimus per pia gaudia
noctem conſilijs: votaqꝫ proſpera
certatim vigili congerimus prece:
extructoqꝫ agimus liba ſacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus
quę ſuffixa micant per laquearia
et de languidulis fota natalibus
lucem perſpicuo flamma iacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper aream
ornatam geminis ſtare trionibus
et qua boſphoreum themo regit iugum
paſſim purpureos ſpargier heſperos.
O res digna deus quam tibi roſcidę
noctis principio grex tuus offerat
lucem qua tribuis nil precioſius
lucem qua reliqua premia cernimus:
Tu lux vera oculis: lux quoqꝫ ſenſibus
intus tu ſpeculum: tu ſpeculum foris:
lumen quod famulans offero ſuſcipe

cinctum pacifici chriſmatis vnguine
Per chriſtum genitum ſummę pater tuum
in quo viſibilis ſtat tibi gloria
qui noſter dominus: qui tuus vnicus
ſpirat de patrio corde paraclytum:
Per quem ſplendor. honor. laus. ſapientia
maieſtas. bonitas ⁊ pietas tua
regnum continuat numine triplici
texens perpetuis ſęcula ſęculis:

¶ Metrum iambicum dymetrum cathalecticum quod dicitur Anacreontiũ Conſtãs pedib⁹ ſeptem. pyrrichio qui vltimo tãtum loco ponitur Spondeo iambo tribracho dactylo anapeſto Ex quibus iamb⁹ ⁊ tribrachus paria: reliqua imparia loca recipere poſſunt.

¶ hymn⁹ ante Somnũ

a des pater ſupreme
quẽ nemo vidit vnq̃
patriſq; ſermo chriſte
et ſpiritus benigne
O trinitatis huius
vis vna. lumen vnũ
deus ex deo perennis
de⁹ ex vtroq; miſſus
Fluxit labor diei
redit et quietis hora:
bland⁹ ſopor viciſſim
feſſos relaxat artus
Mens ęſtuans ꝓcellis
curiſq; ſauciata
totis bibit medullis
obliuiale poculum.
Serpit per omne corp⁹
lethea vis. nec vllum
miſeris doloris ęgri
patitur manere ſenſum.
Lex hęc data eſt caducis
deo iubente membris
vt temperet laborem
medicabilis voluptas.
Sʒ dum pererrat omnes
quies amica venas
pectuſq; feriatum

placat rigente ſomno:
Liber vagas ꝑ auras
rapido vigore ſenſus
variaſqꝫ ꝑ figuras
quę ſunt operta cernit
Quia mens ſoluta curis
cui eſt origo cęlum
puruſqꝫ fons ab ęthra
iners iacere neſcit.
Imitata multiformes
facies ſibiipſa fingit
per quas repēte currēs
tenui fruatur actu
Sed ſenſa ſomniantū
diſpar fatigat horror:
nūc ſplēdor intererrat
qui dat futura noſſe
Plęrūqꝫ diſſipatis
mēdax imago veris
animos pauore męſtos
ambage fallit atra.
Quem rara culpa moꝝ
nō polluit frequēter
hūc lux ſerena vibrans
res edocet latētes
At qui coinquinatū
vicijs cor impiauit
fuſus pauore multo
ſpecies videt tremēdas
Hoc patriarcha noſter
ſub carceris catena
geminis ſimul miniſtris
interpres approbauit
Quoꝝ reuerſus vnꝰ
dat poculū tyrāno.
aſt alteꝝ rapaces
fixum vorāt volucres
Ipſum deinde regem
perplexa ſomniantē
monuit famem futuram
clauſis cauere aceruis
Mox pręſul ac tetrarches
regnū per omne iuſſus
ſacrā tenere virgā
dominę reſedit aulę:
O q̄m ꝓfunda iuſtis
arcana ꝑ ſoporē
aperit tuenda chriſtus
o q̄ꝫ clara q̄m tacēda.
Euāgeliſta ſummi
fidiſſimus magiſtri
ſignata quę latebāt
nebulis videt remotis.
Ipſum tonantis agnum

de cęde purpurantem
qui conſciū futuri
libꝝ reſignat vnꝰ.
Huiꝰ manum potētem
gladiꝰ perarmat anceps
et fulgurās vtrinqꝫ
duplicē minatur ictum.
Quęſitor ille ſolꝰ
aīęqꝫ corporiſqꝫ
enſiſqꝫ bis timendus
prima ac ſecūda mors eſt
Adeo tñ benignus
vltor retundit iram
paucoſqꝫ nō pioꝝ
patitur perire in ęuū
Huic indytus perenne
tribuit pater tribunal
hūc obtinere iuſſit
nomē ſuper omne nomē
Hic prępotēs crueti
extinctor antichriſti:
qui de furēte mōſtro
pulchꝝ refert trophęū
Quam beſtiā rapacem
populoſqꝫ deuorātem
quam ſanguis carybdim
ioannes execratur.

Hęc nempe quę ſacratū
pręferre nomē auſa eſt
imā petit gehēnam
chriſto eſt perempta vero.
Tali ſopore iuſtus
mentē relaxat heros
vt ſpiritu ſagaci
cęlum peragret omne.
Nihil hoꝝ nos meremur
quos crebꝛ implet error.
cōcreta. quos malaꝝ
viciat cupido reꝝ
Sat eſt quiete dulci
feſſum fouere corpus:
ſat ſi nihil ſiniſtrū
vana minetur vmbra.
Cultor dei memento
te fontis ⁊ lauacri
rorem ſubiſſe ſanctum
te chriſmate innouatū
Fac cū vocāte ſomno
caſtum petis cubile
frontem locūqꝫ cordis
crucis figura ſignet.
Crux pellit omne crimen:
fugiūt crucem tenebrę
tali dicata ſigno

mens fluctuare neſcit.
Procul o ꝓcul vagantū
portenta ſomnioꝝ:
procul eſto peruicaci
preſtigiator aſtu.
O tortuoſe ſerpens
qui mille per meandros
fraudeſqꝫ flexuoſas
agitas quieta cord.

Diſcede. chriſtus hic eſt
hic chriſtꝰ eſt liqueſce.
ſignum qđ ipſe noſti
damnat tuam caterua͂
Corpus licet fatiſcēs
iaceat recliue paulum
chriſtum tamē ſub ipſo
meditabitur ſopore:

Metrum iambicum trimetrum vel ſenarium acathalecticū penthaſtrophon: quod dicitur Archilochicū Conſtans principaliter quidem iambo: ſꝫ et ſpōdeo dactylo anapeſto tribracho imparibus: locis autem paribus tribracho ⁊ vltimo plerunqꝫ pyrrichio.

## Hymnus ieiunantium.

O Nazarene dux bethleem verbum patris
quem partus alui virginalis protulit
adeſto caſtis chriſte parcimonijs
feſtūqꝫ noſtꝝ rex ſerenꝰ aſpice
ieiunioꝝ dum litamus victimam:
Nil hoc ꝑfecto purius myſterio
quo fibra cordis expiatur liuidi:
intemperata quo domantur viſcera.
aruina͂ putrem ne reſudans crapulam
obſtrangulatque mentis ingenium ꝑmat:
Hoc ſubiugatur luxus. ⁊ turpis gula
vini atqꝫ ſomni degener ſecordia
libido ſordens. inuerecundus lepos:
variequꝫ peſtes languidorum ſenſuū
parcam ſubacte diſciplinam ſentiunt:

Nam ſi licenter diffluens potu et cibo
ieiuna rite membra non coerceas:
ſequitur frequenti marcida oblectamine
ſcintilla mentis vt tepeſcat nobilis
animuſqʒ pigris ſtertat vt pręcordijs.
Frenentur ergo corporum libidines
deterſa vt intus emicet prudentia:
ſic excitato perſpicax acumine
liberqʒ flatu laxiore ſpiritus
rerum parentem rectius precabitur.
Helyas tali creuit obſeruantia
vetus ſacerdos ruris hoſpes aridi:
fragore ab omni quem remotum ⁊ ſegregem
ſpreuiſſe tradūt criminum frequentiam
caſto fruentem ſyrtium ſilentio:
Sed mox in auras igneis iugalibus
curruqʒ raptus euolauit pręperi
ne de ꝓpinquo ſordium contagio
dirus quietum mundus afflaret virum
olim probatis inclytum ieiunijs
Non ante cęli principem ſeptemplicis
moyſes tremendi fidus interpres throni
potuit videre: quam decem recurſibus
quater volutis. ſol peragrans ſydera
omni carentem cerneret ſubſtantia.
Victus precantis ſolis in lachrymis fuit
nam flendo pernox. irrigatum puluerem
humi madentis ore preſſit cernuo:
donec loquentis voce pręſtrictus dei
expauit ignem non ferendum viſibus:
Joannes huius artis haud minus potens

dei perennis pręcucurrit filium:
curuos viaꝝ qui retorſit tramites
et flexuoſa corrigẽs diſpendia
dedit ſequendam calle recto lineam.
Hãc obſequelam pręparabat nũcius
mox affuturo conſtruens iter deo:
cliuoſa planis. confragoſa vt lenibus
cõuerterẽtur: neue quicq̃ deuium
illapſa terris inueniret veritas.
Non viſitatis ortus hic natalibus
oblita lactis iam vieto in pectore
matris tetendit ſerus infans vbera:
nec ante partu de ſenili effuſus eſt
quam prędicaret ꝟginem plenam deo.
Poſt in patentes ille ſolitudines
amictus hirtis beſtiarum pellibus
ſetiſq̃ tectus hiſpida lanugine
ſeceſſit: horrens inquinari et pollui
contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abſtinentia
potum cibumq̃ vir ſeuerę induſtrię
in vſq̃ ſerum reſpuebat veſperum:
paruũ locuſtis ⁊ fauorum agreſtium
liquore paſtum corpori ſuetus dare.
Hortator ille primus ⁊ doctor nouę
ſalutis. atq̃ gratię doctor nouę.
veterum piatas lauit erroꝝ notas:
ſed tincta poſtq̃ membra defecauerat
cęlo refulgens influebat ſpiritus.
Hoc ex lauacro labe dempta criminum
ibant renati: non ſecus quam ſi rudis

auri recocta vena pulchrum ſplendeat:
micet metalli ſiue lux argentei
ſudum polito prenitens purgamine:
Referre priſci ſtemma nunc ieiunij
libet. fideli proditum volumine:
vt diruende ciuitatis incolis
fulmen benigni manſuefactum patris
pie repreſſis ignibus pepercerit:
Gens inſolenti prepotens iactantia
pollebat olim: quam fluentem nequiter
corrupta vulgo ſoluerat laſciuia
et inde bruto contumax faſtidio
cultum ſuperni negligebat numinis:
Offenſa tandem iugis indulgentia
cenſura iuſtis excitatur motibus:
dextram perarmat rumphæali incendio.
nimbos crepantes et fragoſos turbines
vibrans. tonantum nube flammarum quatit:
Sed penitendi dum datur diecula
ſi forte vellent improbam libidinem
vetereſque nugas condomare ac frangere:
ſuſpendit ictum terror inexorabilis:
paulumque dicta ſubſtitit ſententia
Jonam prophetam mitis vltor excitat
pene imminentis iret vt prenuncius:
ſed noſſet ille dum minacem iudicem
ſeruare malle quam ferire ac plectere.
tectam latenter vertit in tharſos fugam:
Celſam paratis pontibus ſcandit ratem:
vdo reuincta fune puppis ſoluitur:
itur per altum. fit procelloſum mare:

dum cauſa tanti queritur periculi
ſors in fugacem miſſa vatem decidit;
Juſſus perire ſolus e cunctis reus
cuius voluta crimen vrna expreſſerat
præceps rotatur ꝛ pfundo immergitur
exceptus inde beluinis faucibus
alui capacis viuus hauritur ſpecu;
Tranſmiſſa raptim preda caſſos dentium
eludit ictus: incruentam tranſuolat
impune linguam: ne retentam mordicus
offam molares diſſecarent vuidi
os omne tranſit ꝛ palatum preterit;
Ternis dierum ac noctium progreſſibus
manſit ferino deuoratus gutture:
errabat illic per latebras viſcerum
ventris receſſus circuibat tortiles
anhelus extis intus eſtuantibus
Jntactus exin tercie noctis vice
monſtri vomentis pellitur ſingultibus:
qua murmuranti fine fluctus frangitur
ſalſoſqꝫ candens ſpuma tundit pumices
ructatus exit. ſeqꝫ ſeruatum ſtupet;
Jn niniuitas ſe coactus percito
greſſu reflectit: quos vt increpauerat
pudenda ſenſor imputans opprobria:
impendet inquit ira ſummi iudicis
vrbemqꝫ flamma mox cremabit: credite;
Apicem deinceps ardui montis petit
viſurus inde conglobatum turbide
fumum ruine. cladis ꝛ dire ſtruem
tectus flagellis multimodi germinis

nato ⁊ repente perfruens vmbraculo:
Sed męſta poſtq̃ ciuitas vulnus noui
hauſit doloris: heu ſupremū palpitat.
curſant per ampla congregatim męnia
plebs ⁊ ſenatus. omnis ętas ciuium
pallens iuuentus. eiulantes fęminę:
Placet frementem publicis ieiunijs
placare chriſtum: mos edendi ſpernitur:
glaucos amictus induit monilibus
matrona demptis: procꝫ gem ma ⁊ ſerico
crinem fluentem ſordidus ſpargit cinis:
Squalent recincta, veſte bullati patres:
ſetaſcꝫ plangens turba ſumit textiles:
impexa villis virgo beſtialibus
nigrante vultum contegit velamine:
iacens harenis ⁊ puer prouoluitur.
Rex ipſechaos ęſtuantem murices
lenam reuulſa diſſipabat fibula
gemmas virentes ⁊ lapillos ſyrtiles
inſigne frontis exuebat vinculum
turpicapillos impeditus puluere:
Nullus bibendi eſt nemo veſcendi memor:
ieiuna menſas pubes omnis liquerat.
quin ⁊ negato lacte vagientium
fletu madeſcūt paruuloꝝ cunulę
ſuccum papillę parca nutrix denegat
Greges ⁊ ipſos claudit armentalium
ſollers virorum cura: ne vagum pecus
contingat ore rorulenta gramina.
potum ſtrepentis neue fontis hauriat
vacuis querelę perſonant pręſepibus:

Mollitus his ⁊ talibus: breuem deus
iram refrenans temperat oraculum
propere ſiniſtrum: prona nam clementia
haud difficulter ſupplicum mortalium
ſoluit reatum: fitqꝫ fautrix flentium.
Sed cur vetuſtȩ gentis exemplum loquor:
pridem caducis cum grauatus artubus
ieſus dicato corde ieiunauerit:
prȩnunciatus ore qui prophetico
emanuel eſt ſiue nobiſcum deus.
Qui corpus iſtud molle naturaliter
captumqꝫ laxo ſub voluptatum iugo
virtutis arcta lege fecit liberum.
emancipator ſeruientis plaſmatis
regnantis ante victor ⁊ cupidinis
In hoſpitali nāqꝫ ſecretus loco
quinis diebus octies labentibus
nullam ciborum vendicauit gratiam
firmans ſalubri ſcilicet ieiunio
vas appetendis imbecillum gaudijs.
Miratur hoſtis poſſe limum tabidum
tantum laboris ſuſtinere ac perpeti:
explorat arte ſciſcitator callida
deus ne membris ſit receptus terreis.
ſed increpata fraude poſt tergum ruit.
Hoc nos ſequamur quiſqꝫ nunc pro viribus
quod conſecrati tu magiſter dogmatis
tuis dediſti chriſte ſectatoribus:
vt cum vorandi vicerit libidinem
late triumphet imperator ſpiritus.
Hoc eſt quod atri liuor hoſtis inuidet

mundi poliqȝ quod gubernator probat
altaris aram quod facit placabilem
quod dormientis excitat cordis fidem
quod limat ęgram pectorum rubiginem
Perfuſa non ſic amne flamma extinguitur
nec ſic calenti ſole tabeſcunt niues
vt turbidarum ſcabra culparum ſeges
vaneſcit almo trita ſub ieiunio
ſi blanda ſemper miſceatur largitas:
Eſt quippe ⁊ illud grande virtutis opus
operire nudos: indigentes paſcere:
opem benignam ferre ſupplicantibus:
vnam paremqȝ ſortis humanę vicem
inter potentes atqȝ egenos ducere:
Satis beatus quiſqȝ dextram porrigit
laudis rapacem. prodigam pecunię
cuius ſiniſtra dulce factum neſciat:
illum perennes protinus complent opes
ditatqȝ fructus fęnerantem centuplex:

¶ Metrū mixtum endecaſyllabū qđ ſaphicū dicitur Cōſtans
trib⁹ verſib⁹ continuis. trocheo ſpōdeo dactylo duob⁹ trocheis
Quart⁹ vero qui adonius dicitur cōſtat dactylo atqȝ ſpondeo

¶ Hymnus poſt cibum.

Chriſte. ſeruorum regimen tuorum
mollibus qui nos moderans habenis
leniter frenas. faciliqȝ ſeptos
lege coerces.
Ipſe cum portas onus impeditum
corporis duros tuleris labores
maior exemplis. famulos remiſſo

dogmate palpas.
Nona ſummiſſum rotat ora ſolem
partibus vix dum tribus euolutis
quarta deuexo ſupereſt in axe
porcio lucis.
Nos breuis voti dape vendicata
ſoluimus ſeſtam: fruimurqꝫ menſis
afatim plenis. quibus imbuatur
prona voluntas;
Tantus ęterni fauor eſt magiſtri
doctor indulgens ita nos amico
lactat hortatu: leuis obſequela vt
mulceat artus;
Addit et ne quis velit inuenuſto
ſordidus cultu lacerare frontem
ſed decus vultus capitiſqꝫ pexum
comat honorem;
Terge ieiunans ait omne corpus
neve ſubducto faciem rubore
luthꝫus tinguat color. aut notetur
pallor in ore;
Rectius lęto tegimus pudore
quicquid ad cultum patris exhibemus:
cernit occultum deus: et latentem
munere donat;
Ille ouem morbo reſidem gregiqꝫ
perditam ſano. ⁊ male diſſipantem
vellus affixis vepribus per hirtę
deuia ſiluę;
Impiger paſtor reuocat: lupiſqꝫ
Seſtat exkluſis humeros grauatos

inde purgatam reuehens aprico.
¶ Reddit ouili;
Reddit et pratis viridiqꝫ campo
vibrat imperiis vbi nulla lapis
ſpina. nec germen ſudibus perarmat
¶ Carduus horrens;
Sed frequens palmis nemus. ⁊ reflexa
vernat herbarum coma: tum perennis
gurgitem viuis vitreum fluentis
Laurus obumbrat;
Hiſce pro donis tibi fide paſtor
ſeruitus quęnam poterit rependi?
nulla compenſant precium ſalutis
Vota precantum;
Quamlibet ſpreto ſine more paſtu
ſponte confectos tenuemus artus
teqꝫ contemptis epulis rogemus
Nocte dieqꝫ;
Vincitur ſemper minor obſequentum
cura: nec in unus genitoris ęquat:
frangit et cratem luteam laboris
Grandior vſus
Ergo ne limum fragilem ſolutę
deſerant vires ⁊ aquoſas albis
humor in venis dominetur. ęgrum
Corpus eneruans;
Laxus ac liber modus abſtinendi
ponitur cunctis: neqꝫ nos ſeuerus
terror impellit: ſua quenqꝫ cogit
Velle poteſtas;
Sufficit quicquid facias vocato

numinis nutu prius. inchoare
ſiue tu menſam renuas. cibumqꝫ
ſumere tentes;
Annuit dexter deus. et ſecundo
proſperat vultu. velut hoc ſalubre
fidimus nobis fore qꝫ dicatas
carpimus eſcas;
Sit bonum. ſupplex. precor ⁊ medelam
conferat membris: animumqꝫ paſcat
ſparſus in venas cibus obſecrantum
Chriſticolarum;

¶ Metrum trochaicū p pedes duplices currēs Recipit principaliter q̄dē trocheū oīb⁹ locis Spondeū vero atqꝫ dactylū tribrachū anapeſtū parib⁹: tribrachū imparib⁹ locis admittit. Secūdus Euripidius Cōſtans dymetro cathalectico q̄ recipit trocheū ac spondeū ⁊ itē trocheū. ⁊ clauditur ſempede

¶ hymnus omni hora de miraculis chriſti

Da puer plectꝝ choreis
vt canam⁹ fidibus
dulce carmē ⁊ melodū
geſta chriſti inſignia:
hūc camena noſtra ſolū
pangat: hunc laudet lyra;
Chriſt⁹ eſt quem rex ſacerdos
affuturum protinus
infulatus concinebat
voce chorda ⁊ tympano
ſpiritū celo influentem
per medullas hauriens;
Facta nos et iam ꝓbata
pangimus miracula:
teſtis orbis eſt: nec ipſa
terra quod vidit negat:
cominus deum docendis
prodimus mortalibus;

Corde natus ex parentis
ante mūdi exordiū
alpha et o cognominat⁹
ipſe fons ⁊ clauſula
oīm que ſunt fuerūt
queqꝫ poſt futura ſunt;
Ipſe iuſſit ⁊ creata
dixit ipſe ⁊ facta ſunt
terra celū foſſa ponti
trina rerum machina
queqꝫ in his vigēt ſub alto
ſolis ⁊ lune globo;
Corpis formā caduci
mēbra morti obnoxia
induit. ne gens periret
protoplaſti ex germine
merſerat quem lex ꝑfundo
noxialis tartaro;
O beatus ille partus
virgo cū puerpera
edidit nr̄am ſalutem
ſcta ſancto ſpiritu
et puer redēptor orbis
os ſacratū ꝑtulit;
Pſallat altitudo celi
pſallat oīs angelus
quicquid eſt v̓tutis vſquā
pſallat in laudem dei:
nulla linguaꝝ ſileſcat:
vox ⁊ oīs conſonet;
Ecce quē vates vetuſtis
cōcinebāt ſeculis
quem ꝑphetaꝝ fideles
pagine ſpoponderāt
emicat ꝑmiſſus olim:
cuncta collaudēt eum;
Cantaris infuſa lympha
fit phalernū nobile:
nūciat vinum miniſter
eſſe promptum ex hydria
ipſe rex ſapore tinctis
obſtupeſcit poculis;
Membra morbis vlceroſa
viſceꝝ putredines
mādo vt abluātur inqt:
fit ratū qđ iuſſerat
turgidā cutem repurgāt
vulneꝝ piamina;
Tu perennibus tenebris
iam ſepulta lumina
illinis limo ſalubri
ſacri ⁊ oris nectare:
mox apertis hac medela

lux reducta eſt orbibus;
Increpat ventū furentē
ꝙ ꝓcellis triſtibus
vertat ęquor fundo ab imo
vexet ⁊ vagam ratem
ille iuſſis obſecūdat
mitis vnda ſternitur;
Extimū veſtis ſacratę
furtim mulier attigit:
protin⁹ ſalus ſecuta eſt
ora ⁊ pallor deſerit:
ſiſtitur riuus cruore
qui fluebat perpetim
Exitu dulcis iuuentę
raptum ephębū viderat:
orba quem mater ſupremis
funerabat fletibus:
ſurge (dixit ille) ſurgit:
matri ⁊ aſtans redditur;
Sole quarto iam carentē
iam ſepulcro abſconditū
lazaꝝ iubet vigere
reddito ſpiramine
fętidū iecur reductus
rurſus intrat halitus;
Ambulat ꝑ ſtagna ponti
ſumma calcat fluctuū:
mobilis liquor ꝓfundi
pendulā pręſtat viam:
nec fatiſcit vnda ſanctis
preſſa ſub veſtigijs;
Suetus antro buſtuali
ſub catenis frendere
mentis impos efferatis
percitus furoribus
proſilit ruitqꝫ ſupplex
chriſtū adeſſe vt ſenſerat;
Pulſa peſtis lubricoꝝ
milleformis dęmonū
corripit gregis ſuilli
ſordida ſpurcamina
ſeqꝫ nigris mergit vndis
fit pecus lymphaticū.
Quinqꝫ panib⁹ pereſis
et gemellis piſcib⁹
afatim refecta iam ſunt
accubantū milia:
fertqꝫ qualus ter quatern⁹
ferculoꝝ fragmina.
Tu cibus paniſqꝫ noſter
tu perennis ſuauitas:
neſcit eſurire in ęuū
qui tuam ſumit dapem
nec lacunam ventris implet

ſed fouet vitalia:
Clauſus auri⸗n meatus
et ſonoꝝ neſcius
purgat ad p̄cepta dei
craſſa quęꝗ obſtacula
vocibꝰ capax fruc̄dis
ac ſuſurris peruius;
O is ęgritudo cedit
languor oīs pellitur:
lingua fatur quā veterna
vinxerāt ſilētia:
geſtat ⁊ ſuū per vrbem
lętus ęger lectulū;
Quin ⁊ ip̄m (ne ſalutis
inferi expertes forēt)
tartaꝝ benignꝰ intrat:
fracta cędit ianua:
vectibus cadit reuulſis
cardo diſſolubilis;
Illa prompta ad irruentes
ad reuertētes tenax
obice retrorſum recluſo
porta reddit mortuos:
lege verſa limen atrum
iam recalcādum patet;
Sꝫ deus dum luce fulua
mortis antra illuminat
dum ſtupentibꝰ tenebris
candidū pręſtat diem.
triſtia ſqualētis ęthrę
palluerūt ſydera;
Sol refugit. ⁊ lugubri
ſordidꝰ ferrugine
igneū reliquit axem
ſeꝗ męrens abdidit.
fertur horruiſſe mūdus
noctis ęternę chaos.
Solue vocē mens ſonora
ſolue linguā mobilē:
dic tropheū paſſionis
dic triumphalē crucem:
pange vexillū. notatis
qď refulget frontibꝰ.
O nouū cędis ſtupēdę
vulneris miraculū:
hinc cruoris fluxit vnda:
lympha parte ex altera:
lympha nempe dat lauacrum
tum corona ex ſanguie eſt
Vidit anguis imolatā
corpis ſacri hoſtiā:
vidit. ⁊ fellis peruſti
mox veneū perdidit
ſaucius dolore multo

colla fractus ſibilat.
Quid tibi, ꝓphane ſerpēs
profuit reb⁹ nouis
plaſma primum perculiſſe
verſipelli hortamīe:
diluit culpam recepto
forma mortalis deo:
Ad breuem ſe mortis vſum
dux ſalutis obtulit
mortuos olim ſepultos
vt redire inſueſceret
diſſolutis priſtinoꝝ
vinculis peccaminū
Tum patres ſanctiq; multi
conditorem preuium
iam reuertentē ſecuti
tercio demū die
carnis indumenta ſumūt
eq; buſtis prodeunt:
Cerneres coire membra
de fauillis aridis:
frigidum venis reſumptis
puluerem tepeſcere.
oſſa neruos ac medullas
glutino cutis tegi:
Poſt vt occaſum reſoluit
vite ꝛ hoīem reddidit
arduū tribunal alti
victor aſcēdit patris:
inclytā celo reportās
paſſionis gloriā:
Macte iudex mortuoꝝ
macte rex viuentium
dexter in parētis arce
qui cluis virtutib⁹
oīm venturus inde
iuſtus vltor criminū:
Te ſenes ꝛ te iuuētus
paruuloꝝ te chorus
turba matꝝ virginūq;
ſimplices puellule
voce cōcordes pudicis
perſtrepēt cōcentib⁹
Fluminū lapſus ꝛ vnde
litoꝝ crepidines
imber eſtus nix pruina
ſilua ꝛ aura nox dies
oībus te cōcelebrēt
ſeculoꝝ ſeculis:

¶ Metꝝ Anapeſticū dymetꝝ Cathalecticū qđ vocatur parthemicū: ꝯſtās pricipalit̄ Anapeſto Recipit ſpōdeū: raro pdeumaticū Sepiuſq; vltia cū ſupeſt ſill'a ī duas ſoluit̄ ſill'as.

¶ Hymnꝰ ad exequias animarum

Eus ignee fons aīaꝝ
duo q̇ ſociās elementa
viuū ſimul ac moribundū
hoīem pater effigiaſti:
Tua ſunt tua rector vtraq̧
tibi copula iūgitur hoꝝ
tibi dū vegetata coherēt
ſpūs ſimul ⁊ caro viuit.
Reſoluta ſꝫ iſta ſeorſum
ꝓprios reuocātur in ortꝰ
petit halitꝰ ęthera feruēs:
humꝰ excipit arida corpꝰ.
Sic cūcta creata neceſſe eſt
obitū tolerare ſupremū
vt ſemīa diſſociata
ſibi ſumat origo reſorbēs:
Reciſaq̧ ⁊ iſta ſeorſum
ſoluūt hoīem perimūtq̧
humꝰ excipit arida corpꝰ
aīę rapit aura liquorē.
Quia cuncta creata neceſſe eſt
labefacta ſeneſcere tandē
cōpactaqꝫ diſſociari
et diſſona texta retexi.
Hāc tu deꝰ optime mortem
famulis abolere paratꝰ
iter inuiolabile mōſtras
quo ꝑdita mēbra reſurgāt.
Et dum generoſa caducis
ceu carcere clauſa ligatur
pars illa potētior extet
quę germē ab ęthere traxit.
Si terrea forte volūtas
luteū ſapit ⁊ graue captat:
animus q̄ꝫ pondere victꝰ
ſeq̇tur ſua mēbra deorſum:
At ſi generis memor ignis
cōtagia pigra recuſet
vehit hoſpita viſcera ſecū
pariterqꝫ reportat ad aſtra
Nā qꝛ requieſcere corpꝰ
vacuū ſine mēte videmꝰ:
ſpacium breue reſtat vt alti
repetat collegia ſenſus.
Venīēt cito ſecula cū iam
ſociꝰ calor oſſa reuiſat
aīataqꝫ ſanguīe viuo
habitacula priſtina geſtet:
Quę pigra cadauera pridē
tumulis putrefacta iacebāt
volucres rapiātur in auras
aīas comitata priores

Hinc maxĩa cura ſepulcris
impēditur: hinc reſolutos
honor vltimꝰ excipit artꝰ
et funeris ambitꝰ ornat;
Cādore nitētia claro
p̄tendere linthea mos eſt
aſperſaqꝫ myrrha ſabeo
corpꝰ medicamīe ſeruat;
Quidnā ſibi ſaxa cauata
quid pulcra volūt monumēta
niſi ꝙ res creditur illis
nō mortua ſꝫ data ſomno
Hoc ꝓuida chriſticolaꝝ
pietas ſtudet. vtpote credēs
fore ꝓtinꝰ oīa viua
quę nūc gelidꝰ ſopor arcet
Qui iacta cadauera paſſim
miſerās tegit aggere terra
opꝰ exhibet ille benignū
chriſto pius oīpotēti;
Quia lex eadē manet oēs
gemitū dare ſorte ſub vna
cognataqꝫ funera nobis
aliena in morte dolere;
Sancti ſator ille tobię
ſacer ac venerabilis heros
dapibꝰ iam rite paratis
ius pretulit exequiaꝝ;
Iā ſtantibꝰ ille miniſtris
cyathos ꝛ fercula liquit
ſtudioqꝫ accinctꝰ humādi
fletu dedit oſſa ſepulcro
Veniūt mox premia cęlo
preciūqꝫ rependitur ingens
nā lumina neſcia ſolis
deus illita felle ſerenat;
Iā tūc docuit pater orbis
quā ſit rationis egena
mordax ꝛ amara medela
cū lux aīm noua vexat
Docuit qꝫ nō prius vllū
celeſtia cernere regna
quā nocte ꝛ vulnere triſti
tolerauerit aſpera mūdi;
Mors inde beatior ipſa ē
ꝙ ꝑ cruciamina leti
via pāditur ardua iuſtis
et ad aſtra doloribꝰ itur
Sic corpa mortificata
redeūt melioribus annis
nec poſt obitū recaleſcēs
compago fatiſcere nouit
Hęc quę mō pallida tabo
color albidus inficit ora

tunc flore venuſtior omni
ſanguis cute tinguet amena.
Jam nulla deinde ſenectus
frōtis decꝰ emula carpet
macies neq̨ ſicca lacertos
ſucco tenuabit adeſo.
Morbus q̃z peſtifer artus
qui nūc populatur anhelos
ſua tūc tormēta reſudās
luet inter vincula mille.
Hūc eminus aere ab alto
victrix caro iāqz perennis
cernet ſine fine gementē
quos mouerat ipſe dolores
Quid turba ſuperſtes inepta
plangēs vlulamina miſcet
cur tam bene cōdita iura
luctu dolor arguit amens
Jam meſta quieſce querela
lachrymas ſuſpēdite matres.
nullꝰ ſua pignora plāgat
mors hec reparatio vite eſt
Sic ſemina ſicca vireſcūt
iam mortua iāqz ſepulta
que reddita ceſpite ab imo
veteres meditātur ariſtas.
Hūc ſuſcipe terra fouendū
gremioq̨ hūc cōcipe molli
homīs tibi mēbra ſequeſtro
generoſa ⁊ fragmina credo
Animę fuit hec domꝰ olim
factoris ab ore creatę
feruēs habitauit in iſtis
ſapientia principe chriſto
Tu depoſitū tege corpꝰ
nō immemor ille reqret
ſua munera fictor ⁊ auctor
ꝓpriq̃qz enigmata vultꝰ.
Veniāt modo tpa iuſta
cū ſpem deꝰ impleat oēm
reddas patefacta neceſſe eſt
qualem tibi trado figurā:
Nō ſi carioſa vetuſtas
diſſoluerit oſſa fauillis
fueritqz ciniſculus arens
minimi menſura pugilli:
Nec ſi vaga flamina ⁊ aure
vacuū ꝑ inane valantes
tulerint cū puluere neruos
hoīem periſſe licebit.
Sz dum reſolubile corpus
reuocas deꝰ atqz reformas
quanā regione iubebis
animam requieſcere puram.

Gremio ſenis addita ſancti
recubabat vt illa lazari
quē floribus vndiqꝫ ſeptum
diues ꝓcul aſpicit ardēs.
Seqmur tua dicta redēptor
quibꝰ atra e morte triūphans
tua ꝑ veſtigia mādas
ſociū crucis ire latronem
Patet ecce fidelibꝰ ampli
via lucida iā paradiſi:
licet et nemus illud adire
homini qđ ademerat anguis
Illic p̄cor optime ductor
famulā tibi p̄cipe mentē
genitali in ſede ſacrari
quā liq̄rat exul ⁊ errās.
Nos tecta fouebimꝰ oſſa
violis ⁊ fronde frequēti
titulūqꝫ ⁊ frigida ſaxa
liquido ſpargemus odore

¶ Metrum iambicum dymetrum Acathalecticum quod Archilochicum dicitur Conſtat pedibus vt ſupra dictū eſt

¶ hymnus in natiuitate ſaluatoris.

Uid ē qđ arctū circulū
ſol iā recurrēs deſerit?
chriſtꝰne terris naſcitur
qui lucis auget tramitē?
Heu q̄m fugacē gratiā
feſtina voluebat dies
quā pene ſubductā facem
ſenſim reciſa extinxerat.
Cęlū niteſcit letius
gratatur ⁊ gaudēs humus
ſcādit gradatim denuo
iubar priores lineas
Emerge dulcis puſio
quē matris ędit caſtitas
parēs ⁊ expers cōiugis
mediator ⁊ duplex genus
Ex ore quālibet patris
ſis ortꝰ ⁊ ṽbo ęditus
tamē paterno in pectore
ſophia callebas prius.
Quę prompta cęlū condidit
noctem diemqꝫ ⁊ cętera.
virtute ṽbi effecta ſunt
hęc cūcta. nam ṽbum deꝰ
Sꝫ ordinatis ſęculis
rerūqꝫ digeſto ſtatu
fundator ipſe ⁊ artifex

Permanſit in patris ſinu:
Donec rotata annalium
trāſuoluerētur milia
atq; ipſe peccātem diu
dignatus orbem viſeret
Nā ceca vis mortaliū
venerās inanes nenias
vel ęra vel ſaxa algida
vel ligna credebat deū
Hęc dum ſequūtur pfidi
predonis in ius venerāt
et mancipatā fumido
vitā baratro īmerſerāt
Stragem ſ; iſtam nō tulit
chriſt⁹ cadentū gentiū
impune ne forſan ſui
patris periret fabrica.
Mortale corp⁹ induit
vt excitato corpe
mortis catenā frāgeret
hoīemq; portaret patri.
Hic ille natalis dies
quo te creator arduus
animauit ⁊ limo induit
ſermone carnē glutinās.
Sentis ne virgo nobilis
matura per faſtidia
pudoris intactū decus
honore partus creſcere:
O quāta rex gaudia
aluus pudicę cōtinet:
ex qua nouellū ſęculū
procedit ⁊ lux aurea:
Vagitus ille exordiū
vernātis orbis ꝓtulit
nam tūc renat⁹ ſordidum
mūdus veternū depulit:
Sparſiſſe tellurem reor
rus omne denſis florib⁹
ipſaſq; arenas ſyrtiū
fragraſſe nardo ⁊ nectare
Te cuncta naſcentē puer
ſenſere dura ⁊ barbara
victuſq; ſaxoꝝ rigor
obduxit herbā cotibus.
Iā mella de ſcopulis fluūt
iam ſtillat ilex arido
ſudās amomū ſtipite
iam ſunt miricis balſama
O ſancta przſepis tui
ęterne rex cunabula
populiſq; ꝑ ſęclū ſacra
mutis ⁊ ipſis credita.
Adorat hęc brutū pecus

indocta turba ſcilicet
vis cuꝰ in paſtu ſita eſt
adorat excors natio.
Sz cū fideli ſpiritu
cōcurrat ad preſepia
pagana gens. ⁊ quadrupes
ſapiatq; qđ brutū fuit.
Negat patꝝ ꝓſapia
peroſa preſentē deum:
credas venenis ebriam
furiis vel lymphatā rapt.
Quid prona ꝑ ſcelus ruis?
agnoſce ſi quicq; tibi
mentis reſedit integre
ducem tuoꝝ principū.
Hūc quem latebra ⁊ obſtetrix
virgoq; feta ⁊ cunule
et imbecilla infantia
regem dederūt gentibus.
Peccator intueberis
celſum coruſcis nubibꝰ
deiectus ipſe ⁊ irritis
plangēs reatum fletibus
Cū vaſta ſignū buccina
terris cremādis miſerit
et ſciſſus axis cardinem
mundi ruentis ſoluerit;
Inſignis ipſe ⁊ preminēs
meritis repēdet congrua
his lucis vſum perpetis
illis gehennā ⁊ tartarꝝ.
Judea tūc fulmē crucis
experta que ſit ſenties
que te furoris preſule
mors hauſit ⁊ mors reddidit;

Metꝝ iambicū dymetꝝ aca thalecticū qđ Archilochicū dicitur Cōſtat pedibꝰ quibus ſupradictū eſt

## Hymnꝰ in epiphania dñi

Quicūq; chriſtū qritis
oculos in altū tollite
illic licebit viſere
ſignū perennis glorie;
Hec ſtella que ſolis rotā
vincit decore ac lumine
veniſſe terris nūciat
cū carne terreſtri deum
Non illa ſeruit noctibꝰ
ſecuta lunā menſtruā
ſed ſola celū poſſidens
curſum dieꝝ temperat.
Arctoa quāuis ſydera

in ſe retortis motibus
obire nolint: attamen
plerūq; ſub nymbis latēt.
Hoc ſydus ęternū manet
hęc ſtella nunq̄ mergitur:
nec nubis occurſu abdita
obumbrat obductā facē.
Triſtis cometa intercidat
et ſi qđ aſtrum ſyrio
feruet vapore. iā dei
ſub luce deſtructū cadat.
En perſici ex orbis ſinu
ſol vnde ſumit ianuā
cernūt periti interp̄tes
regale vexillū magi.
Qđ vt refulſit. cęteri
ceſſere ſignoꝝ globi
nec pulcher auſus eſt ſuā
cōferre flammā lucifer.
Quis iſte tantus (inquiūt)
regnator aſtris imperās
quē ſic tremūt cęleſtia
cui lux et ęthra inſeruiūt:
Illuſtre quiddā cernim⁹
qđ neſciat finē pati
ſublime celſum interminum
antiquius cęlo ⁊ chao.

Hic ille rex eſt gentium
populiq; rex iudaici
ꝓmiſſus abraę patri
eiuſq; in ęuū ſemini
Equāda nā ſtellis ſua
cognouit olim germina
primus ſator credentiū
nati imolator vnici·
Jam flos ſubit dauitic⁹
radice ieſſea ęditus
ſceptriq; ꝑ virgā virens
rerū cacumen occupat.
Exin ſequūtur perciti
fixis in altū vultibus
qua ſtella ſulcū traxerat
clarāq; ſignabat viam
Sz verticem pueri ſupra
ſignum pepēdit iminens
pronaq; ſummiſſum face
caput ſacratū prodidit.
Uidere qđ poſtq̄ magi
eos promūt munera
ſtratiq; votis offerūt
thus myrrhā ⁊ auꝝ regium.
Agnoſce clara inſignia
virtutis ac regni tui
puero cui trinam pater

prędeſtinauit indolem.
Regē deūq; annūciant
theſaurus ⁊ fragrās odor
thuris ſabei. ac myrrheus
puluis ſepulcꝝ prędocet.
Hoc eſt ſepulcꝝ. qḋ (deus
dum corpꝰ extingui ſinit
atq; id ſepultū ſuſcitat)
mortis refregit carcerē
O ſola magnaꝝ vrbium
maior bethleē cui cōtigit
ducem ſalutis cęlitus
incorporatū gignere.
Altrice te ſummo patri
heres creatur vnicus
homo ex tonātis ſpiritu
idemq; ſub membris deus.
Hūc ⁊ ꝯplexis teſtibꝰ
ijſdemq; ſignatoribꝰ
teſtator ⁊ ſator iubet
adire regnū ⁊ cernere.
Regnum qḋ ambit omnia
diua ⁊ marina ⁊ terrea
a ſolis ortu ad exitū
et tartara ⁊ cęlū ſupra
Audit tyrānus anxius
adeſſe regum principem
qui nomen iſrael regat
teneatq; dauid regiam.
Exclamat amens nūcio
ſucceſſor inſtat. pellimur:
ferrū ſatelles corripe
perfunde cunas ſanguīe.
Mas oīs infans occidat
ſcrutare nutricū ſinus
interq; materna vbera
enſem cruentet puſio.
Suſpecta ꝑ bethleē mihi
puerperarū eſt omnium
fraus: ne qua furti ſubtrahat
prolem virilis indolis.
Trāſfigit ergo carnifex
mucrone diſtricto furēs
effuſa nuper corꝑa
aīaſq; rimatur nouas
Locum minutis artubꝰ
vix interemptor inuenit
quo plaga deſcēdat patens
iuguloq; maior pugio eſt
O barbaꝝ ſpectaculū
Iliſa ceruix cautibus
ſpargit cerebꝝ lacteum
oculoſq; ꝑ vulnꝰ vomit
Aut in ꝓfundum palpitās

merſatur infans gurgitē
cui ſubter arctis faucibꝰ
ſingultit vnda ⁊ halitus
Saluete flores martyꝝ
quos lucis ipſo in limīe
chriſti inſecutor ſuſtulit
ceu turbo naſcētes roſas.
Vos prima chriſti victima
grex īmolatoꝝ tener
arā ante ipſam ſimplices
palma ⁊ coronis luditis.
Quid ꝓficit tantū nefas
quid crimen herodē iuuat:
vnus tot inter funera
impune chriſtꝰ tollitur
Inter coęui ſanguinis
fluenta. ſolꝰ integer
ferꝝ qđ orbabat nurꝰ
partus fefellit ꝟginis.
Sic ſtulta pharonis mali
edicta quondā fugerat
chriſti figurā pręferēs
moyſes receptor ciuiū
Cautū ⁊ ſtatutū iuſſerat
quo nō liceret matribꝰ
cū ponđꝰ alui abſoluerēt
puerile pignus tollere.
Mens obſtetricis ſedulę
pie in tyrānum cōtumax
ad ſpem potētis glorię
furata ſeruat paruulū
Quē mox ſacerdotē ſibi
aſſumpſit orbis cōditor
per quē notatā ſaxeis
legē tabellis traderet.
Licet ne chriſtū noſcere
tāti ꝑ exemplū viri:
dux ille cęſo egiptio
abſoluit iſrael iugo
At nos ſubactos iugiter
erroris imperio graui
dux noſter hoſte ſaucio
mortis tenebris liberat.
Hic expiatā fluctibꝰ
plebem marino in trāſitu
repurgat vndis dulcibꝰ
lucis columnā pręferēs
Hic pręliāte exercitu
paſſis in altū brachijs
ſublimis amalech premit
crucis qđ inſtar tūc fuit
Hic nempe ieſus verior
qui lōga poſt diſpēdia
victor ſuis tribulibus

promiſſa ſoluit iugera.
Qui ter quaternis deniqꝫ
refluentis amnis alueo
fundauit ⁊ fixit petris
apoſtoloꝝ ſtēmata.
Jure ergo ſe iudeę ducē
vidiſſe teſtātur magi
cū facta priſcoꝝ ducum
chriſti figurā finxerint.
Hic rex prioꝝ iudicū
rexere q̄ iacob genus
dn̄ęqꝫ rex eccleſię
templi nouelli ac priſtini
Hūc poſteri effraym colūt
hūc ſancta manaſſe domꝰ
oēſqꝫ ſuſcipiūt tribꝰ
bis ſena fratꝝ ſemina
Quin et ꝓpago degener
ritū ſecuta inconditū
quęcūqꝫ dirū feruidis
baal caminis coxerat:
Fumoſa auoꝝ numina
ſaxum metallū ſtipitem
raſum dolatum ſectile
in chriſti honorē deſerit.
Gaudete quicq̄d gentiū eſt
iudea roma ⁊ gręcia
egipte thrax pe. ſa ⁊ ſcytha
rex vnꝰ omnes poſſidet.
Laudate veſtrū principem
omnes beati ac perditi
viui imbecilli ac mortui
iam nemo poſthac mortuꝰ.

¶ Aurelij Clemētis Pru
dētij Cathemerinon finit

¶ Sequitur opus eiuſdē
contra orationem Sym-
machi.

¶ Aurelij Clementis Prudentij Cōtra orationem Symmachi Liber primus incipit fęliciter.

¶ Pręfacio. Metrum aſclepiadium. Conſtat ſpō-deo. duobus coriambis et pyrrichio.

Aulus pręco dei( qui fera gentium
Prim⁹ corda ſacro perdomuit ſtilo
Chriſtum ꝑ populos ritibus aſperis
Immanes placido dogmate ſęminans
Immanſueta ſuas vt cerimonias
Gens pagana deo ſperneret agnito:
Actus turbinibus forte nigerrimis
Hybernum pelagus iam rate debili
Et vim naufragi pertulerat nothi:
Sed cum cęrulei pręlia gurgitis
Juſſiſſet domini dextra quieſcere.
Ad portum fluitās cymba relabitur
Exponitqz ſolo litoris vuidi
Contractos pluuio frigore remiges.
Tūc de litoreis ſępibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Cōuectant. rapidos vnde focos ſtruant.
Faſcem quiſqz ſuū congerit ignibus
Expectans calidi congeriem rogi
Paulus dum fragiles cogere ſurculos
Et denſare foci congeriem ſtudet:
Incautam cumulis inſeruit manum:
Torpebat glacie pigra vbi vipera
Sarmentis laqueos corporis implicans:
Quę poſtq̄ intepuit fomite fumeo
Laxauitqz ferox colla rigentia

Jnflecti facilis. rettulit ad manum
Vibrato capite ſpicula dentium.
Hęrentem digiti vulnere mordicus
Pendētemq; feram paulꝰ inhorruit.
Exclamant alij: ꝙ cute liuida
Virus mortiferū ſerpere crederent.
At nō intrepidū terret apoſtolum
Triſtis iam ſubiti forma periculi
Attollens oculos ſydera ſuſpicit
Chriſtū ſub tacito pectore murmurās
Excuſſamq; ꝓcul decutit aſpidem.
Abiectus coluber verberat aera
Atq; oris patuli ſoluit acumina:
Mox omnis ſanies deſerit et dolor:
Ceu nullo laceram vulnere dexteram
Siccatuſq; perit vipereus liquor.
Hydꝝ pręcipitem dum rotat impetus
Arſuꝝ medijs intulit ignibus:
Sic nūc poſt hyemē vimq; trucis freti
Quo iactata ratis tūc ſapientię eſt.
Cum ſub ſacrilegis territa regibus
Vix panſo poterat currere carbaſo
Afflictoſq; ſuos turbine ſęculi
Vexarat rabidis fluctibus imitās
Morſum vulnificū lex pia pertulit.
Occultabat enim ſe prius abditum
Virus: nec grauidū ꝓtulerat caput
Cōtectum inuolucris atq; cubilibus.
Subter quo premeret clauſa ſilentia.
Sʒ dum forte latens impietas riget
Dextram iuſticię pigra momorderat

Succenſi ſtomacho fellis ineſtuans.
Ne quā catholicā nil ꝓpe profuit
Puppem enaſſe ſacri remigio ſtili
Quem paulꝰ varijs gentibus ꝯdidit.
Vix portu placido tuta quieuerat
Victrix edomitis mille furoribus:
Vix aſtricta ſuis iam retinaculis
Vectores ſtabili condiderat ſolo.
Erumpit ſubito triſte periculum
Nam dum pręcalidos igniculos ſibi
Soluendis adolent ⁊ ſeuio ⁊ gelu
Dum virgas ſteriles atqꝫ ſuperfluas
Flammas de fidei palmite concremant
Vt concreta vagis vinea crinibus
Siluoſi illuuiem poneret idoli.
Palpauit nimius perniciem tepor
Spes inſueta ſubit ſerpere flexibus
Et vibrare ſagax eloquij caput.
Sꝫ dextra impatiens vulneris irritos
Oris rhetorici depulit halitus:
Effuſum ingenij virus inaniter
Summa chriſticolis in cruce ſubſtitit;
Saluator generis romulei precor
Qui cunctis veniam das pereuntibus
Qui nullum ſtatuis non operis tui
Mortalem. facili quem releues manu.
Huius ſi potis eſt inſereres cito
Pręruptam in foueam precipitis viri
Spirat ſacrilegis fluctibus inſcius
Erroreſqꝫ ſuos indocilis fouet
Obteſtor tribeas ne citus impetus

Arſarum medijs ignibus inferat;

¶ Finit Prefatio

¶ Incipit liber Primus

Redebã vicijs egrã gentilib⁹ vrbem
Jã ſatis antiqui pepuliſſe pericula. morbi
Nec quicq̃ reſtare mali. poſtq̃ medicina
Principis imodicos ſedarat in arce dolores;
Sz qm̃ renouata lues turbare ſalutem
Tentat romulidũ: patris iplorãda medela eſt.
Ne ſinat antiquo romã ſqualere veterno
Neue togas pceꝝ fumoq̃ ⁊ ſanguie tingui;
Inclit⁹ ergo parẽs patrię moderator ⁊ orbis
Nil egit ꝓhibẽdo vagas ne priſtin⁹ error
Crederet eſſe deũ migrãte ſub aere formas:
Aut elementoꝝ naturã que patris ars eſt
Omnigeni ſumma ꝓ maieſtate ſacraret;
Vir ſol⁹ cui cura fuit ne publica moꝝ
Plaga cicatricẽ ſumma leuiter cute clauſam
Duceret. ⁊ latebrã talentis vulneris alte
Inpreſſam penitus putredine pure pereſa
Vncta ſupficies medico fallente foueret
Sz ſtuduit quo ꝗs hoĩs generoſior intus
Viueret. atq̃ aĩam letali peſte piatam
Poſſet ab interno tutã ſeruare veneno.
Illa tyrannoꝝ fuerat medicina videre
Qui ſtatus ante oculos p̃ſentib⁹ ac perituris
Cõpeteret reb⁹: nec curam adhibere futuris;
Heu male de pplo meriti. male patrib⁹ ipſis
Blandiri: quos pręcipites in tartara mergi
Cũ ioue ſiuerũt. multa ⁊ cũ plebe deoꝝ.
Aſt hic imperiũ ꝓtendit latius quo

Poſteriore. iuis cupiēs ſancire ſalutem:
Nimirū pulchre quidā doctiſſim⁹. eſſet
Publica res inqt tūc fortunata ſatis: ſi
Uel reges ſaperēt vel regnarēt ſapiētes:
Eſt ne ille e numero paucoꝝ qui diadema
Sortiti. ętherę coluerūt dogma ſophię:
Cōtigit ecce hoīm generi. gētiq; togatę
Dux ſapiēs. fęlix nrę res publica romę
Juſticia regnāte viget. parete magiſtro
Sceptra gubernāti. monet vt deterrim⁹ error
Atq; ſupſtitio veterꝝ pcul abſit auorꝝ
Nec putat eſſe deū: niſi qui ſup oīa ſumm⁹
Emineat. magniq; clemēta creauerit orbis:

¶ De Saturno

n um meli⁹ ſaturn⁹ auos rexiſſe latinos
Creditur? ędictis q̄ mollib⁹ informauit
Agreſtes aīos ⁊ barbara corda virorꝝ.
Sum de⁹: aduenio fugiēs: pbete latebras:
Occultate ſenē. nati feritate tyranni
Deiectū ſolio: placet hic fugitiu⁹ ⁊ exul
Ut lateā: genti atq; loco latiū dabo nomen.
Uitib⁹ incuruū (ſi qua eſt ea cura) putādis
Procudā chalybē: necnō ⁊ męnia veſtri
Flumīs in ripa ſtatuā ſaturnia vobis.
Uos nemus appoſitaſq; meo ſub honore ſacrātes
(Sum qr nam cęlo genit⁹) celebrabitis aras.
Inde deos: quorꝝ patria ſuſpecta ſepulcra
Scim⁹. in ęre hebetes informauere minores.
Aduena quos pfug⁹ gignēs ⁊ equina libido
Intulit italię: tu ſcis nāq; ille puellis
Prim⁹ adhinniuit ſimulato numine męchus:

## ¶ De Joue.

m  ox patre deterior. ſiluoſi habitator olympi:
Jupiter inceſtas ſpurcauit labe lacenas
Nūc boue ſubiectam rapiēs ad crimē amatam
Nunc tenera pluma leuior. blādoſqꝫ ſuſurros
Jn morem recinēs ſuauē morientis oloris
Capta qb⁹ volucrem virgūcula ferret amorē:
Nūc forib⁹ ſurdis ſera quas vel peſſul⁹ arctis
Firmarat cuncis. ꝑ tectum diues amator
Jmbricib⁹ ruptis vndātis deſuꝑ auri
Jnfundēs pluuiā gremio excipientis amicę.
Armigero modo ſordidulā curāte rapinam
Cōpreſſu imūdo miſerā afficiēs catamitam
Pellice iā puero magis indignāte ſorore.
Hęc cauſa eſt ⁊ origo mali: qꝫ ſecla vetuſto
Hoſpite regnāte crud⁹ ſtupor aurea finxit.
Dūqꝫ nouo ingenio verſut⁹ iupiter. aſtus
Multiplices varioſqꝫ dolos texebat: vt illum.
Vertere cū vellet pellem facieqꝫ. putarēt
Eſſe bouem: prędari aquilam: cōcinere cygnū:
Et nūmos serere: ⁊ gremiū. penetrare puellę.
Nam qd ruſticitas nō crederet in domitoꝝ
Stulta viꝝ: pecudes inter rictuſqꝫ ferinos
Dedere ſueta aīm diuę rationis egenū.
Jn quamcūqꝫ fidē nebulonis callida traxit
Nequicia: infęlix facilem gens prębuit aurem;

## ¶ De Mercurio

ſ  ucceſſit iouis im perio corruptior ętas
Quę docuit rigidos vicijs ſeruire colonos.
Expertes furādi hōies. hac imbuit arte
Mercurius maia genit⁹. nunc magnus habetur

Ille de⁹: cuius dedit experiētia fures.
Necnō theſſalice doctiſſim⁹ ille magię
Traditur extinctas ſumptę moderamie virgę
In lucem reuocaſſe aīas. cocytia leti
Iura reſignaſſe ſurſum reuolātib⁹ vmbris
Aſt alias dānaſſe neci. penituſq3 latenti
Immerſiſſe chao. Facit hoc ad vtrūq3 perit⁹
Vt fuerat. geminoq3 armaret crimie vitā.
Murmure nā magico tenues excire figuras.
Atq3 ſepulcrales ſcite incātare fauillas.
Vita itidē ſpoliare alios ars noxia nouit:
Artificē ſcelerum ſimplex mirata vetuſtas
Supra hoiem coluit: ſimulās p̄ nubila ferri.
Aligeriſq3 leues pedib⁹ trāſcurrere ventos:

¶ De Priapo.

ecce deū in numero format⁹ 7 ęneus aſtat
Graius homo: auguſtaq3 numę p̄fulget ī arce.
Strēnuus exculti dn̄s q̄dā fuit agri
Hortorūq3 opib⁹ memorabilis: hic tn̄ idem
Scortator nimius. multaq3 libidie ſuetus
Ruſticulas vexare lupas. interq3 ſalicta
Et denſas ſępes obſcęna cubilia inire.
Indomitū incendēs aīm. ſemperq3 paratū
Ad facin⁹. nunq3 calidis dabat ocia venis.
Hic de⁹ 7 patrio p̄nobilis helleſponto
Venit ad vſq3 italos ſacris cū turpib⁹ hortos.
Sinū lactis 7 hęc votorum liba quotannis
Accipit: vt ruris ſeruet vineta ſabini:
Turpiter affixo pudeat quē viſere ramo:

¶ De Hercule.

h ercule⁹ mollis pueri famoſus amore

Ardor ꝛ in trāſtris iactata efferbuit argo
Nec maris erubuit nemea ſub pelle fouere
Concubitꝰ: ꝛ hylan pereuntē quęrere cęlebs.
Nūc ſalijs cantuqꝫ domꝰ pinaria templū
Collis auētni cōuexa in ſede frequētat:

¶ De Libero.

t hebanꝰ iuuenis ſuperatis fit deꝰ indis
Succeſſu dum victor ouās laſciuit ꝛ auꝝ
Captiuę gētis reuehit: ſpolijſqꝫ ſuꝑbus
Diffluit in luxū cū ſemiuiro comitatu.
Atqꝫ auidus vini multo ſe perluit hauſtu
Gēmantis paterę ſpumis multoqꝫ phalerno
Perfundēs biiugū rorātia terga feraꝝ.
His nūc ꝓmeritis baccho caper oībꝰ aris
Cęditur: ꝛ virides diſtendūt ore chelidros
Qui bromiū placare volūt. qꝺ ꝛ ebria iam tūc
Ante oculos regis ſatyroꝝ inſania fecit.
Et feciſſe reor ſtimulis furialibꝰ ipſas
Menadas. inflāmante mero in ſcelꝰ omne rotatas
Hoc circūſaltāte choro temulentꝰ adulter
Inuenit expoſitū ſecreti in litoris acte
Corꝑis egregij ſcortū: qꝺ ꝑfidus illic
Liquerat inceſto iuuenis ſaciatus amore.
Hāc iubet aſſumptā feruēs poſt vina neerā
Secū in delicijs fluitantis ſtare triūphi.
Regalemqꝫ (decus capitis) geſtare coronā.
Mox ariadneus ſtellis cęleſtibus ignis
Additur: hoc preciū noctis ꝑſoluit honore
Liber. vt ęthereū meretrix illuminet axem.
Tantū poſſe oēs illo ſub tpe reges
Indocilis fatui dicebat ineptia vulgi.

Ut trāſire ſuis cum ſordibus induperator
Poſſit in ęternū cęli ſup ardua regnum
Regia tūc oīs vim maieſtatis. et omnis
Parua licet. cęli imperiū retinere poteſtas
Credita. thure etiam ducib⁹ paruoqȝ ſacello
Impţit⁹ honos. quē dum met⁹ aut amor aut ſpes
Accumulāt. longū miſeris ꝓceſſit in ęuū
Mos patrius. cępit falſę pietatis imago
Tum: quia q̄ viuis veneratio regib⁹ ante
Cōtigerat. functis eadem iā munere lucis
Ceſſit: et ad nigras altaria trāſtulit vrnas.
Inde puellaꝝ ludibria. pignora. partus
Et furtiu⁹ amor iuuenū. ⁊ deprenſa iugalis
Corruptela thori: qm̄ regalib⁹ aula
Feruere tūc vicijs ſolita eſt. nec ꝑdita luxu
Diuoꝝ ſoboles ſancti meminiſſe pudoris
Ire ꝑ ignaros nebuloſo errore nepotes.

De Marte et Venere

At tqȝ vt roma tuos cęleſti ex ſtirpe parētes
Quis te ſemideā iactant auctorib⁹ ortam.
Perſtringā breuiter. gradiuū vel cythereā.
Ille ſacerdotē violat: contra illa marito
Succubuit phrygio. coitus fuit impar vtriqȝ
Nec: terreſtre deam decuit mortalis obire
Cōiugium: nec cęlicolam deſcēdere ephębū
Uirgis ad viciū. furtiuoqȝ igne calere.
Sȝ venus auguſto de ſanguine fęmina. vili
Priuatoqȝ viro vetitū ꝑ dedecus hęſit.
Et ſic rhea ſacro laſciui martis amore
Luſa. pudiciciā fluuiali amiſit in vlua.
Crediderim generoſę aliquem ſtirpis ſed eundem

Se dixiſſe deũ: ne ſtuprum numinis vllus
Obijcere auderet turpi miſereq; puellę
Morb⁹ infamem cõpreſſa ꝟgine ꝑ vim

¶ De origine erroris

h ęc italos induxit auos vel fama vel error
Marti romuleo celebrarēt vt ſacra campo
Vtq; palatinis capitolia cõdita ſaxis
Signarēt titulo ꝓaui iouis atq; pelaſgę
Palladis: ⁊ libyca iunonē ex arce vocarēt
Cognatos de marte deos: veneris q̄z nudum
Accirēt ꝓceres erycino e vertice ſignum:
Vtq; deũ mater phrygia veheretur ab ida:
Bacchica de viridi peterētur vt orgia naxo.
Facta eſt terrigenę dom⁹ vnica maieſtatis.
Et tot templa deũ romę. quot ĩ orbe ſepulcra
Heroũ. numerare licet: quos fabula manes
Nobilitat. veſter popul⁹ veneratus adorat:
Hos habuere deos. ant⁹. numitor. numa. tullus.
Talia ꝑgameas fugerũt numina flãmas
Sic veſta. et ſic palladiũ. ſic vmbra penatũ:
Talis ⁊ antiquũ ſeruauit terror aſylum.

¶ Unde error inualuerit

v t ſemel obſedit gētilia pectora. patꝝ
Vana ſupſtitio. nõ interrupta cucurrit
Etatũ ꝑ mille grad⁹: tener horruit heres
Et coluit quicq̄d ſibimet venerabile cani
Monſtrarãt ataui. pueroꝝ infantia prima
Errorē cum lacte bibit. guſtauerat intus
Vagitus de farre molę: ſaxa illita ceris
Viderat. vngētoq; lares humeſcere nigros:
Formatũ fortunę habitũ cum diuite cornu

Sacratūq̄ꝫ domi lapidem cōſiſtere paruus
Spectarat. matrēq̄ꝫ illic pallere precantē.
Mox humeris poſitꝰ nutricis. triuit ⁊ ipſe
Impreſſis ſilicē labris: puerilia vota
Fudit opeſq̄ꝫ ſibi. cęca de rupe popoſcit
Perſuaſumq̄ꝫ habuit. q̄d quis velit. inde petendum.
Nunq̄ꝫ oculos aīmq̄ꝫ leuās rationis ad arcem
Rettulit: inſulſum tenuit ſꝫ credulꝰ vſum
Priuatos celebrās agnoꝝ ſanguine diuos.
Iāq̄ꝫ domo egrediēs vt publica feſta dieſq̄ꝫ
Et ludos ſtupuit. celſa ⁊ capitolia vidit
Laurigeroſq̄ꝫ deū templis aſtare miniſtros
Ac ſacrā reſonare viā mugitibꝰ ante

## ℂ De ſimulacro vrbis romę

d      elubꝝ romę. colitur nā ſanguīe ⁊ ipſa
More deę nomēq̄ꝫ loci ceu numen habetur.
Atq̄ꝫ vrbis veneriſq̄ꝫ pari ſe culmīe tollūt
Tēpla: ſimul geminis adolebāt thura deabꝰ.
Vera ratꝰ quęcūq̄ꝫ fiant auctore ſenatu
Cōtulit ad ſimulacra fidē. dn̄o ſq̄ꝫ putauit
Etheris. horrifico qui ſtāt ex ordīe vultu:
Illic alcides ſpoliatis gadibꝰ. hoſpes
Arcadię fuluo ęre riget. gemini q̄ꝫ fratres
